CORPUS PHILOSOPHORUM MEDII AEVI

CORPUS PLATONICUM

CORPUS PLATONICUM MEDII AEVI

AUSPICIIS ACADEMIAE BRITANNICAE
ADIUVANTIBUS
INSTITUTO WARBURGIANO LONDINENSI
UNITISQUE ACADEMIIS
EDIDIT

RAYMUNDUS KLIBANSKY

LOGICAE ET METAPHYSICAE PROFESSOR IN UNIVERSITATE McGILL
AD MONTEM REGIUM

IN AEDIBUS INSTITUTI WARBURGIANI
LONDINII MCMLI

PLATO ARABUS

EDIDIT

RICHARDUS WALZER

PRAELECTOR PHILOSOPHIAE ARABICAE ET GRAECAE
IN UNIVERSITATE OXONIENSI

VOLUMEN I

GALENI
COMPENDIUM TIMAEI PLATONIS

ALIORUMQUE DIALOGORUM SYNOPSIS
QUAE EXTANT FRAGMENTA

EDIDERUNT

PAULUS KRAUS ET RICHARDUS WALZER

IN AEDIBUS INSTITUTI WARBURGIANI
LONDINII MCMLI

TABULA

EDITORIAL NOTE

The printing of the present volume was begun in Beirut in 1939. Throughout the war its progress was delayed by the difficulties of communications and the generally unfavourable conditions in the Middle East. During and after the hostilities in Syria and the Lebanon printing came to a standstill for a long time.

The death of Paul Kraus, one of the joint editors, in 1944 was a tragic loss for Arabic scholarship. For our edition it meant another serious delay.

In spite of the long time the book has been in preparation, it shows many imperfections for which the reader's indulgence is asked. They are the results of the many vicissitudes the volume had to undergo before it reached completion. But the editors preferred the book to appear in its present imperfect form to publication being put off indefinitely.

Our thanks are due to Dr. D. Z. Baneth, Professor of Arabic Literature at the Hebrew University, Jerusalem, for his help in reading the proofs of the Arabic part; to Professor H. Seyrig, Director of the Institut Français d'Archéologie at Beirut, for supervising the printing of the last sheets of the Arabic Indices and for his active interest in the completion of the volume; and to Dr. M. Plessner, of Jerusalem, for his help in compiling the list of Arabic Corrigenda et Addenda.

RAYMOND KLIBANSKY
Montreal

RICHARD WALZER
Oxford

CORRIGENDA ET ADDENDA

PRAEFATIO

p. 1, nota 3, l. 3: Testim. 1
p. 2, app., l. 1: ἀνατρεπτικός
p. 2, nota 1, l. 2: (*post* τῇ δὲ) ἀπὸ
p. 2, nota 8: adde: Cf. Testim. 2
p. 3, l. 7: Plato Arabus III
p. 3, nota 2: Fragmentum 3
p. 7, nota 3, l. 3: p. 18
p. 17, nota 7: GALENUS, *De libr. propr.* 3 (XIX p. 25 Kuehn; Scr. min. II p. 104, 12 sqq.)
p. 18, nota 1: Testimonium 1
p. 18, nota 7: Testim. 1
p. 22, l. 20: significatione
p. 23, l. 19: 7—8
p. 23, l. 21: *ḏainik*
p. 26, notae, l. 2: *baʿdahū*
p. 26, nota 3: λῦπαι
p. 27, l. 9: Graeca sed
p. 28, l. 10: *ādšā*
p. 28, l. 27: *matā*
p. 29, nota 1, l. 1: تعرض
p. 30, nota 13, l. 3: ١٤

VERSIO LATINA

p. 35, nota: DE GOEJE
p. 36, nota 29, l. 5: *accesserit*
p. 39, nota 14, l. 4: *p. 27, 17*
p. 40, l. 1 (in margine dextra): d
p. 40, nota 30, l. 2: οἵου
p. 43, nota 10, l. 5: αὐτοκίνητον
p. 43, nota 10, ult. l.: Pythagoreer
p. 48, nota 18, l. 7: γέγραπταί γε

VERSIO LATINA (*continuatur*)

p. 49, nota 3, l. 2: [PLUTARCH.]... l. 14: corrumpemini
p. 49, nota b, l. 1: nono
p. 55, nota 22: cf. P. KRAUS, *Jābir ibn Ḥayyān, Contribution etc.*, II (Cairo 1942) p. 320 n. 6
p. 56, nota 8, l. 3: θόρυβος
p. 57, nota 1: FICINUS *in marg. vers. Lat.*: probat
p. 60, nota 6, l. 6: διαζωγραφῶν
p. 64, nota 10, l. 2: ὑπεῖκον . . . σκληρόν
p. 64, nota 11-12, l. 5: ὁ Πλάτων . . . ὁ Ἀριστοτέλης
p. 65, nota 16-21, l. 4: βαρὺ . . . . τᾷ εἰς l. 5: τᾶς l. 6: τᾶς
p. 66, nota 5, l. 1: ὅταν
p. 68, nota 12-13, l. 2: εἰς δὲ
p. 70, nota 26, l. 2: τελευτῶσαν δὲ
p. 71, nota 14-16, l. 3: ἀπεδείξαμεν
p. 73, nota 6, l. 4: ψυχῆς
p. 73, nota 7, l. 5: τὰ σώματα
p. 73, nota 8-9, l. 2: *77,5 Mueller*
p. 73, nota 8-9, l. 3: μέγιστον
p. 74, nota 18, l. 2: Χρύσιππος
p. 74, nota 19, l. 7: φρένας
p. 75, nota 32, l. 1: καθ'
p. 76, nota 6, l. 8: αὐτόν l. 11: γὰρ . . . l. 12: αὐτῷ τὴν
p. 77, nota 9: ἐφύρασε
p. 77, nota 13, l. 2: κραῦραν (*pro* κραύρην) l. 3: ἄκαμπτον
p. 78, nota 14, l. 2: ὀστᾶ
p. 78, nota 24, l. 4: συναγαγὼν l. 6: δέρματος
p. 80, nota 36-37, l. 2: (*87 a 1*) l. 10: *76* l. 13: δοκεῖ
p. 80, nota 38-39: περὶ
p. 80, nota 41, l. 4: *edd. . . 36* l. 7: δέρματος . . . l. 8: συνδέσμων . . . l. 9: τῷ
p. 81, nota 45, l. 3: ἥττοσιν
p. 81, nota 1, l. 1: ὁπόταν πῦρ . . . τὰ σιτία . . . τήκει δὴ . . . καὶ
p. 81, nota 3, l. 3: δι' ὅλων
p. 81, nota 4, l. 6: αὐτόν, ἀλλ' ὡς
p. 82, nota 5, l. 3: ὀνομαζομένην l. 4: καὶ τὴν διαπνοήν
p. 85, nota 10-12: ὃ
p. 85, nota 15, l. 1: ἄρδει . . *p. 7,17 ss.*
p. 86, nota 21-22, l. 1: παλαιᾶς
p. 86, nota 22-24, l. 2: διεφθαρμένον
p. 88, nota 4-5: *n. 4*
p. 89, l. 18: illius affectio ita

p. 89, nota 14, l. 2: ἅ
p. 89, nota 21, l. 1: λεύκας.
p. 90, nota 23-24, l. 2: *175,36*
p. 91, nota 41-42: *n. 4*
p. 91, nota 2-3: Verba 'Add. interpres' deleantur.
p. 92, nota 8-9, l. 3: *86 e 5ss.* l. 4: ἐν νόσῳ l. 7: γεγραμμένων
p. 93, nota 23, l. 3: δι' l. 5: ὀχήσεις
p. 94, nota 34, l. 1: (*Scripta .... Mueller*)
p. 95, nota 5 6: μετεφύοντο
p. 95, nota 8-9 (*sic!*), l. 6: ὑστερικῆς πνιγός

TESTIMONIA

p. 97, *super* Ḥunainus *etc. adde*: 1

INDEX GRAECO-ARABICUS

p. 105, l. 17: اثينية
p. 105, l. 20: دم
p. 105 (b), l. 12: اشياء
p. 106, l. 7: ἀναίσθη-τος
p. 106, l. 8: ἀναίσθη-τα
p. 107, l. 26: βραδυ-τής
p. 107, l. 26: βραδυ-τῆτα
p. 107, l. 28: واختصار
p. 107 (b), l. 3: γή-ινος
p. 107 (b), l. 28: δέλεαρ
p. 108, l. 32: جنسان
p. 109 (b), l. 32: حيوته
p. 110, l. 4: الحقيقة
p. 110, l. 9: ταὐτὰ
p. 110, l. 16: ζῳδιακὸς
p. 110, pu.: النفس الالهية
p. 111 (b), l. 14: جليد
p. 111, l. 31: قشرة
p. 112, l. 3: λιπαρό-ς
p. 112 (b), l. 20: μήτρα
p. 112 (b), l. 25: مخّ
p. 113 (b), l. 32: ركوب
p. 115, pu.: اشقر
p. 116, l. 14: συνέρχομαι

TEXTUS ARABICUS

p. ٢, app. ad l. ٥: Testim. 1
p. ٤, l. 3: بوجود
p. ٥, nota ad l. 2: p. 25 n. 8
p. ٦, l. 13: بحال
p. ١٢, l. 8: وبيّن
p. ١٤, l. 9: ويكاد pro ويكذب legendum esse censuimus, cf. p. ٦٢ s. v. كاد. —
In secundo apparatu nota (9-10) delenda est.
p. ١٥, app. ad l. 13-14: أجناس<ـا>
p. ١٥, nota, ult. l.: Ia 49
p. ١٧, l. 4: الأرض
p. ١٧, nota ad l. 12: 11-12
p. ١٨, nota ad l. 2-3, l. 1 et 2: ܚܪܝܫܘܬܐ
p. ٢٠, app., ult. l.: 15
p. ٢٢, app. ad l. 17: بوت
p. ٢٦, app., ult. l.: 16
p. ٢٩, l. 12: نَخَرٌ
p. ٢٩, app. ad l. 6: ἁλμυρᾷ
p. ٣٠, app. ad l. 18: المالح <و>الحامض
p. ٣٢, app. ad l. 10-11: عز
p. ٣٦, nota 8: (= ἀναλυτικός!) *A*:
p. ٣٧, l. 3: الاخرة، من   l. 4: وقد يظهر منهم
p. ٣٨, l. 4 et app. ad. l. 6: Zurᶜa
p. ٣٨, apparatus criticus ad Test. 1
p. ٣٨, 1-3: ان ... الاخرة *om. Q, IAU*
p. ٣٨, 4: والعجز *om. Abulf.*
p. ٣٨, 6: ut
p. ٣٨, Test. 2, l. 2: باستعماله
p. ٣٨, Test. 2, l. 3: الادواء بمنزلة

INDEX ARABICO-GRAECUS

pp. ٤١-٤٨: In summa pag. legas ARABICO-GRAECUS
p. ٤١, nota, l. 2: Latinas
p. ٤١, l. 2: ἀεί
p. ٤٢, l. 14: οὖς   l. 17: λῦπαι
p. ٤٣(b), l. 24: ἔξω   l. 30: ἀποδείξεως

p. ٤٤ l. 7: οὐκ   l. 10: μετὰ

p. ٤٤ (b), l. 14: الشيء

p. ٤٥ l. 15: ἐνιαυτός   (b), l. 15: ὀκτώ

p. ٤٦ l. 16: πρῶτα

p. ٤٨ l. 12: λῦπαι

p. ٤٩ (b), l. 16: خاصٌّ

p. ٥١ (b), l. 5: (ذهن)

p. ٥١ l. 12: أذابَ

p. ٥١ l. 16: διάρροιαι

p. ٥١ l. 16: ذَوَبانٌ

p. ٥٢ l. 9: ولا

p. ٥٤ l. 5: μέλαινα

p. ٥٤ (b), l. 23: تَشَنُّج

p. ٥٥ l. 14: المدبِّر

p. ٥٥ l. 30: إمْتَخَ

p. ٥٥ l. pu.: صاحب

p. ٥٥ l. pu.: به

p. ٥٥ (b), l. 20: صفو

p. ٥٦ (b), l. 1: ضيق

p. ٥٦ l. 23: (طوع)

p. ٥٦ l. 27: طويل

p. ٥٧ l. 31: ὁμαθέστατος

p. ٥٨ (b), l. 2: ثانية

p. ٥٨ l. 15: تمام غرضنا ٣٣

p. ٥٨ l. 31: 61 b 1

p. ٥٩ l. 5: ἀγέννητον

p. ٥٩ l. 10: ἄφθαρτον

p. ٥٩ (b), l. 7: ἀφορισθέν

p. ٦٠ l. 3: فيه et verba quae sequuntur ad proximam lineam transferenda sunt

p. ٦٠ l. 11: ὑπείκειν

p. ٦٠ (b), l. 8: σχίσας

p. ٦٠ (b), l. 23: ἔλαττον

p. ٦٠ (b), l. 27: ἀμαθέστατοι

p. ٦٠ (b), l. 32: إقناعٌ

p. ٦٠ (b), l. 35: μεταπειστόν

INDEX ARABICO-GRAECUS (*continuatur*)

p. ٦١ (b), l. 5: πολυκαρπότερον
p. ٦١ (b), l. 26: περιτορνεύειν
p. ٦١ (b), l. 34: ἕκαστος
p. ٦٢ (b), l. 4: ὅπως
p. ٦٤ l. 5: غماسّه
p. ٦٥ l. 16: منتظمة
p. ٦٥ l. 23: ١٦ : ١٢
p. ٦٦ l. 20: τινές
p. ٦٦ (b), l. 3: بَلغَم
p. ٦٦ (b), l. 5: وَتَرٌ
p. ٦٦ (b), l. 29: وراء
p. ٦٧ (b), l. 11: خلقهم
p. ٦٧ l. 16: نَتَوَهَّمها

SUPPLEMENTUM ADNOTATIONIS CRITICAE

Nuperrime H. Ritter in codice qui in Universitatis Constantinopolitanae bibliotheca asservatur (A 1458) alium Timaei Compendii testem invenit (fol. 206ᵛ-211ᵛ), his verbis inscriptum: «*Kitāb Iflāṭūn al-ilāhī ilā Ṭīmāwus al-ḥakīm*» (Divini Platonis liber ad sapientem Timaeum). Valde autem dolendum est novum codicem (*U*) codici *E* tam similem esse, ut vel ad hunc vel ad exemplar cum hoc artissime cognatum reducendus sit. Omnes fere lectiones novas codicis *U* falsas esse primo obtutu apparet; lectiones autem verae quas contra reliquos codices solus *U* praebet, non magni sunt momenti et eiusmodi, ut a scriba quamvis indocto coniectura introduci potuerint. Ideo paucas tantum has dignas puto, quae commemorentur:

٣, 3) على الاستدارة *U* (*fors. recte*)
١١, 6) ويظني *U*
١٢, 6) حقيقية *AE*: يقينية *U*
١٦, 16) الاخلاط *AE*: الاشياء *U*
١٧, 11) المبخرة *U* (*recte*): المتخرة *AE*
١٨, 1) بآخرة *AE*: فاصفه *U*
٢١, 1) الكبد *U* (*recte*): اللبد *AE*
٢٤, 4) العطافات *AE*: الطبقات *U*
٢٥, 8) وبرزت *corr.*: ونررت *U*: وندرت *AE*
٣٢, 8) تخصه *B*: يخصه *U*: يخصها *AE*
٣٢, 14) يعلمه *A B E U*: يعممه *typographi error*

PRAEFATIO

I.

De Galeni paraphrasi

E Galeni dialogorum Platonis Summariis in octo libros divisis [1]) nullum fragmentum Graecum exstare videtur. Neque enim apud Pergamenum ipsum, qui in eis quos superstites habemus libris saepissime opera iam conscripta in memoriam revocat vel promittit quae compositurus sit, neque apud scriptores posteriores [2]) ullum eorum librorum vestigium apparet. Hinc fit ut sola interpretum industria exemplaria Graeca cum Syriace tum Arabice vertendi noverimus, quo modo Galenus Platonis illa dialogorum compendia disposuerit atque confecerit. Sed ipse Ḥunainus Isaaci filius illorum interpretum princeps gravissimus se ex octo quos commemoravimus Galeni libris non nisi quattuor invenisse profitetur [3]). Inde Galenum Platonis scripta ab Aristophane Byzantio in trilogias, a Dercyllida aliisque in tetralogias digesta inter octo Paraphraseos libros alia ratione divisisse apparet ; neque ordinem ab Albino [4]) philosopho fere aequali suoque magistro constitutum recipere voluit. Immo primo illo libro, qui Ḥunaino innotuit, dialogos qui Cratylus Sophista Politicus (tetr. II) Parmenides (tetr.III) Euthydemus (tetr.VI) inscribuntur illustravit, usus divisione illa, quae priores quattuor dialogos logicorum nomine complectitur cuiusque mentio apud Diogenem Laertium occurrit [5]). Sed dialogum qui Euthydemus inscribitur ἀνατρεπτικόν Diogene teste vocatum [6]), Albinum potius assectatus, ἐριστικόν denominandum esse ratus dialogis logicis adiunxit[7]), aeque ac Sophistici Elenchi Aristotelis Organi quod vocant quinque partes

---

1) Περὶ τῶν ἰδίων βιβλίων 13 (Scr. min. II 122, 13 M.) : Πλατωνικῶν διαλόγων συνόψεως ὀκτώ. 2) Sic etiam Galeni opera logica a posterioris aetatis philosophis raro tantum commemorantur. Cf. K. PRANTL, Geschichte der Logik im Abendlande I 561 ; I. v. MUELLER, Ueber Galens Werk vom wissenschaftlichen Beweis (Abh. Bayr. Akad. XX, 1894-5) 403 ss. 3) HUNAIN IBN ISHAQ : Ueber die syrischen und arabischen Galen-Uebersetzungen (Abhandl. f. d. Kunde des Morgenlandes XVII 2, Lipsiae 1925) nr. 124 Bergsträsser. Cf. Testim. 2. 4) Eisagoge cap. 3. 5) DIOG. LAERT. III 50: τοῦ δὲ λογικοῦ ὅ τε Πολιτικὸς καὶ ὁ Κρατύλος καὶ Παρμενίδης καὶ Σοφιστής. 6) III 51 : καὶ τοῦ ἀνατρεπτικοῦ Εὐθύδημος Γοργίας Ἱππίαι δύο... 7) ibid. III 59 : Εὐθύδημος ἢ

priores excipiunt. Quibus dialogis Ḥunainus haud aliter ac Diogenes inscriptiones ex re impositas addidit, quarum plurimas non a recentioribus profectas esse satis constat [1] : Cratylus sive Περὶ [ὀρθότητος] ὀνομάτων [2]), Sophista sive Περὶ διαιρετικῆς, Parmenides sive Περὶ ἰδεῶν [3]). Politicus sive De
5 gubernatore vel ipsius inscriptionis versio habenda est vel inscriptionis additiciae Περὶ βασιλείας, quae alibi occurrit [4]), interpretatio. Quod Sophista etiam Περὶ διαιρετικῆς inscriptus erat, adhuc non nisi ex Prolegomenon refutatione noveramus [5]) ; alibi Περὶ τοῦ ὄντος [6]) vel etiam Περὶ τοῦ μὴ ὄντος [7]) invenitur. Cuius primi Galenianae Paraphraseos libri nulla apud Arabos
10 memoria enitescit [8]); sed fieri potest, ut colligendi quidquid Platonis verborum apud Arabos supersit peracto consilio illius quoque Galeni libri fragmenta in lucem prodeant. Ḥunaini versionis liber secundus priores quattuor Rei publicae libros continuit, tertius vero et reliquorum sex Rei publicae librorum et Timaei [9]) epitomen complexus est. Quae Timaei Paraphrasis, cu-
15 ius duo codices manuscripti nuper innotuerunt, hoc fasciculo publici iuris fit.

E Rei publicae epitoma, cuius prima pars longior quam par est videtur esse, fragmentum quoddam de Christianis exstat quod ab Eduardo Norden denuo notatum [10]) Kalbfleisch recte ei Summarii parti attribuit [11]). An ex libro decimo depromptum sit nescimus [12]). Quinque Galeni qui in
20 Averrois Rei publicae Paraphrasi occurrunt locos ad illam Rei publicae

---

ἐριστικός, ἀνατρεπτικός. ALBINUS, Did. 159, 30 H. : καὶ τὴν τῶν σοφισμάτων δὲ μέθοδον εὕροιμεν ἂν ὑπὸ τοῦ Πλάτωνος ὑπογεγραμμένην ἐν τῷ Εὐθυδήμῳ, εἰ ἀκριβῶς ἐντύχοιμεν τῷ βιβλίῳ ὥστε ἐν αὐτῷ ὑποδεδεῖχθαι, τίνα μὲν παρὰ τὴν φωνήν ἐστι σοφίσματα, τίνα δὲ παρὰ τὰ πράγματα, καὶ τὰς λύσεις αὐτῶν. Καὶ μὴν τὰς δέκα κατηγορίας ἔν τε τῷ Παρμενίδῃ καὶ ἐν ἄλλοις ὑπέδειξεν, τὸν ἐτυμολογικόν τε τόπον ὅλον ἐν τῷ Κρατύλῳ διεξέρχεται κτλ. Cf. R. E. WITT, Albinus and the History of Middle Platonism (Cambridge 1937) 9 n. 2. 1) DIOG. III 57 : διπλαῖς τε χρῆται ταῖς ἐπιγραφαῖς καθ'ἑκάστου τῶν βιβλίων, τῇ μὲν ἀπὸ τοῦ ὀνόματος τῇ δὲ ἀπό τοῦ πράγματος. 2) ibid. III 58. 3) ibid. III 58. IX 23. 4) ibid. III 58. 5) ANON. Plat. phil. Proleg. 23 (p. 217, 7 H.) : οὕτως γοῦν κακῶς ποιοῦσιν οἱ τὸν Σοφιστὴν λέγοντές περὶ τῆς διαιρετικῆς ἔχειν τὸν σκοπόν (sed cf. 221, 3). Cf. K. KALBFLEISCH, Festschrift Theodor Gomperz (Wien 1902) 97. O. IMMISCH, Philologische Studien zu Plato II : De recensionis Platonicae praesidiis atque rationibus (Leipzig, 1903) p.89 n. 1. 6) DIOG. LAERT. III 58 7) Proleg. 21 (215, 6 H.) 8) Sed cf. IBN AN-NADÎM, Fihrist I 246, 12 s. Fluegel : « sermo, quem Parmenidem vocat ; Galeni eius synopsis est » قول سماه فرمانيدس . لجالينوس جوامعه 9) Cf. Proleg. 22 (216, 4 H.) : ..... οὐκ ἀποδεξόμεθα τοὺς λέγοντας τὸν σκοπὸν εἶναι τοῦ Τιμαίου περὶ φυσιολογίας διδάξαι ... δεῖ οὖν ... λέγειν ὅτι περὶ τῆς κατὰ Πλάτωνα φυσιολογίας ἐστὶν ὁ σκοπός. DIOG. LAERT. III 60 : ... ἢ περὶ φύσεως, φυσικός. 10) ED. NORDEN, Die antike Kunstprosa (Leipzig-Berlin 1918) p. 518 n.1. Nachtraege p. 4. Cf. Fragm.1. 11) l.l. 96 s. 12) v. ABU 'Alî 'ISA B. ISHAQ B. ZUR'A ed. P. SBATH, Vingt traités (Cairo 1929)

Paraphrasim referendos esse verisimile est[1]). Quaeri autem potest, nonne tota Averrois Paraphrasis ex hoc fonte primario fluxerit. — Ḥunaini liber quartus Legum Paraphrasim continuit, quam deperditam esse dolemus. Cuius damni remedium in eo Legum Compendio quod ab Alfarabio philosopho confectum in bibliothecae Leidensis cod. or. 1429 exstat nos inventuros esse speramus. Cuius Compendii quando editio princeps inter Corporis Platonici Medii Aevi fasciculos (Plato Arabus II) prodierit, accuratius diiudicare poterimus, an « secundus magister » eum libellum ex illo Galeni Summario hauserit[2]).

Manifestum igitur est Ḥunainum tetralogiarum primae tertiae (excepto Parmenide) quartae quintae sextae (excepto Euthydemo) septimae compendia a Galeno confecta non iam repperisse. Ex octava tetralogia desunt Clitopho et Critias, ex nona denique Minos Epinomis Epistulae. Veri simile igitur est Phaedonis Compendii locum qui apud Alberunium[3]) exstat ex alio epitomatore Graeco ad Arabes translatum esse.

Ex inscriptione quae in codicibus Compendio Timaei praemittitur coniciat aliquis ipsius dialogi versionem Arabicam ab Ḥunaino Isaaci filio confectam usque ad aetatem nostram traditam esse[4]). Sed similiter e.g. Alberunius Phaedonis paraphrasim ab auctore incerto confectam Platonis vel Socratis nomine citavit. Huic suspicioni igitur a priori pauca favent. Et si quis neglecta illa librariorum inscriptione ipsam libri indolem diligentius attenderit, fieri non poterit, quin quicumque Galenum noverit eius manum agnoscat. Certe iam primis verbis, quae ab interprete scripta in textus initio exhibentur (« dixit Galenus »), ad eam opinionem deducimur. Sed totus liber Galeni non modo doctrinam, sed etiam scribendi genus plane refert; accedunt verba quibus auctor ad alia opera sua plane ac aperte spectavit. Eam Timaei paraphrasim Platonis dialogorum Summarii cuiusdam partem esse ex ipso libri prooemio satis intelligitur. Exorsus enim a Timaei forma ceterorum Platonis dialogorum dissimili, quae et epitomandi diversam rationem efficiat, auctor exponit, qua de causa propter Timaei orationem

1) Cf. O. Immisch l.l. 24 ss. فان جالينوس . . . . . . يقول فى كتابه الذي عمله فى جوامع السياسة لافلاطن فى آخره 35, 8 ss. H. O. Schroeder, Galeni in Platonis Timaeum commentarii fragmenta (Lipsiae et Berolini 1934) p. XXV. 2) Cf. Fragmentum 2. 3) Alberuni India, ed. E. Sachau (London 1887) p. 28, 32 s. ; versio anglica (London 1888) p. 56 s., 65 ss. 4) Encyclopaedia of Islam I 173 (Carra de Vaux). — De ipsius dialogi versionibus cf. M. Steinschneider, Beihefte z. Centralbl. f. Bibl. XII (Leipzig 1893) p. 20.

constrictam epitomator propius Platonis vestigiis insistere debeat, nisi ita loqui velit, ut non intelligatur. Altero porro eiusdem capitis loco lectorem ad Rem publicam remittit, atque nihil fere obstat, quominus ea verba ad Galeni Rei publicae Compendium, quod ante conscriptum sit, referamus. Ex eis denique, quae in fine scripta invenimus, colligendum est non solum Legum sed etiam aliorum dialogorum compendia hanc Timaei Paraphrasim excepisse. Unde apparet auctorem ordine tetralogico neglecto ne Leges quidem extremo loco posuisse [1]). Sed accedunt graviora argumenta, quibus nisi quin libellus ab ipso Galeno conscriptus sit dubitare iam non possumus. Auctor enim eo loco quo de videndi ratione disputat (cap. VIIc), non solum operis sui quod Περὶ ἀποδείξεως inscribitur librum tertium decimum nominatim commemorat, sed etiam ad Platonis et Hippocratis Concordiae librum septimum expressis verbis spectat; quem librum non ante annum p. Chr. n. centesimum sexagesimum sextum inchoatum esse inter omnes, qui in his quaestionibus magnam operam posuerunt, satis constat[2]). Posteriore autem capite (XXId), quo morbos describit, lectorem ad eos Concordiae libros relegat, quibus uberius ac fusius de his rebus disputaturus sit. Qui cum nondum publici iuris facti essent, extremos duos eius operis libros eum significasse apertum est, quos post annum p. Chr. n. centesimum septuagesimum sextum confectos esse opinamur. Eodem autem loco se illos in Platonis Timaeum commentarios compositurum esse profitetur, quibus ea quae a Platone 41a - 92b medice dicta sunt [3]) non solum enarrando exposuit, sed etiam interpretando ad veritatis normam examinavit. Praeterea in illa Hippocratis et Platonis Concordia [4]) Galenum se eiusmodi expositionem in animo habere saepius indicavisse apparet. Itaque statuere licet nostrum Timaei Compendium confectum esse, antequam ultimi Concordiae libri absoluti sint, i. e. post annum p. Chr. n. 166, ante annum p. Chr. n. 176 [5]). Sed totum Platonis Summariorum corpus non nisi ultimis imperatoris M. Aurelii annis in librariorum manibus fuisse videtur. Ex alio enim Compendii loco (cap. XXIV) commentarios medicos in Timaeum iam publici iuris factos esse conici potest. Galenus autem neglegentia quadam, cum librum iam conscriptum emissurus esset, priores

---

1) Diog. Laert. III 61 s.; U. v. Wilamowitz, Plato II (1920) p.324 s. 2) Siegfried Vogt, De Galeni in libellum κατ'ἰητρεῖον commentariis, Dissert. Marp. Chatt. 1910, p. 3. 3) Cf. H. O. Schroeder l.l. p. 34 s. 4) De plac. VI (test. 6 Schroeder), VII (ibid. 5. 7), VIII (ibid. 1-3). 5) Cf. n. 2 et

illos locos quos attulimus non correxerit[1]). Totum illud Summariorum corpus nescimus an multo post Timaei Compendium absolutum et editum sit.

Quae adhuc innotuerunt Timaei enarrationes aut ab ipsis auctoribus ad finem non perductae aut temporum iniquitate mutilatae sunt. Ciceronis enim dialogi versio Latina a pagina 27 d inchoata verbis δωρηθὲν ἐκ θεῶν (47 b) desinit. Chalcidius contra non nisi primam dialogi partem i. e. usque ad pag. 53c vertit et illustravit. Commentarium Procli, qui totum dialogum complexus est et Neoplatonicorum interpretandi more longe lateque vagatur, ad paginam 44d tantum exstare dolemus. Galeni denique Περὶ τῶν ἐν τῷ Πλάτωνος Τιμαίῳ ἰατρικῶς εἰρημένων qui inscribuntur libri quattuor, quibus paginas 41d4 vel 42c5 usque ad 92b commentatione perpetua illustravit, perierunt fragmento Graeco quo pag. 76d3-80c tractantur et locis nonnullis quae apud auctores Arabicos vel Hebraicos inveniuntur exceptis[2]). Est ergo, cur Galeni Paraphrasim totam Timaei orationem complexam magni aestimes. Initio igitur Galenus enarrandi morem, quem mediae quam dicunt Academiae proprium esse scimus, secutus de totius dialogi institutione ac indole necnon de libri principio, quo simplex rerum ante gestarum narratio continetur et historiae recensio, pauca dicit[3]). Deinde uno tenore et eodem disputationis contextu enarrat: *1*° cap. I-VIII: Tim. 27 d 5-47e; *2*° cap. IX-XII: 47e-61c; *3*° cap. XIII-XVI: 61c 2-69 c3; *4*° cap. XVII-XIX: 69c 5-81e 5; *5*° cap. XX-XXIV: 81 e 6-90 d. Apparet igitur ab epitomatore morbos (*5*°) uberrime explicari, de affectionibus (*3*°), de mundi generatione (*1*°), de corporis humani descriptione (*4*°) brevius disputari. Mundi nostri formationem atque corporum mathematicorum expositionem non nisi leviter attingi dices, si ipsius Platonis verba attente contuleris. Ergo Galenum epitomen suam etiam propriis coloribus exornasse iam ex ea operis divisione verisimile est. Atque saepe Platonis verbis tam diligenter

---

Περὶ τῶν ἰδίων βιβλίων 2 (XIX 15; 20 K. = Scr. min. II p. 96, 20; 100, 4 Mueller). 1) E. g. J. ILBERG, Galenus etc. I, Rhein. Mus. 44, [1889] 218. 2) Ὑπόμνημα Iamblichi totum intercidisse eo magis dolemus, quia id cum Galeni compendio comparare utilissimum esset. PROCLUS, In Tim. I 308, 20 D.: Περὶ τῆς ἐν Τιμαίῳ τοῦ Διὸς δημηγορίας. OLYMPIOD. Vita Plat. p. 190, 9H. .... εἷς μὲν ἐν Τιμαίῳ ὃν ἐνθουσιᾷ θεόληπτος γενόμενος καὶ ὑποκρινόμενος τὸν δημιουργὸν πρὸς τὰ οὐράνια δημηγοροῦντα περὶ τῆς τῶν τῇδε διοικήσεως, οὓς νέους θεοὺς καλεῖ. διὸ καὶ ὁ Ἰάμβλιχος ὑπομνηματίζων τὸν διάλογον ἐπέγραψεν εἰς τὴν δημηγορίαν τοῦ Διός. 3) Cap. I a. PROCLUS, In Tim. I p. 204, 16 D.: μέχρι δὴ τούτων συμπεπλήρωται τὸ τοῦ Τιμαίου προοίμιον, ὅπερ Σευῆρος μὲν οὐδὲ ἐξηγήσεως ἠξίωσε τὸ παράπαν, Λογγῖνος δὲ οὐ πᾶν ἔλεγε περιττόν.....

adhaeret, ut qualem ipse textum habuerit, certo cognosci possit. Alibi contra, dum ipsa Platonis verba se referre profitetur [1]), aliquanto maiore libertate usus esse videtur. Saepissime uberiores Platonis expositiones in artum contraxit. Platonis verba ipsius nomine tum addito tum omisso laudan-
5 tur [2]), sub Timaei vero iterum iterumque [3]), sub Socratis nomine bis [4]) afferuntur.

Paraphrasis igitur, quoniam in ea singula lemmata non exhibentur — ut cum in illo De medice dictis fragmento tum in Hippocratis quae
10 supersunt commentariis fieri solet —, ad scripturae varietatem indagandam non admodum magnum subsidium affert. Contra in illo fragmento Galenus Atticiana vel potius Attica illa exempla cum aliis Platonis codicibus expressis verbis comparaverat [5]). Pauca autem ex Summario adnotanda esse putamus. Exstat in Platonis textu a Galeno adhibito 28 a 1
15 adverbium ἀεί a ceteris testibus antiquis Eusebio excepto omissum [6]). 33a3 [7]) et 41e5 [8]) Galenus una cum testibus antiquis lectiones manifesto veras servavit. 42b4 [9]) omissis verbis καὶ συνήθη Galenus cum duobus codicibus deterioribus concinit et cum eo textu quem et Proclus et Stobaeus habuerunt. 52a1 et 5 [10]) una cum codicibus quibusdam a Simplicii lectione discrepat.
20 76b2 [11]) Coraesii coniecturam τρηθέντος veram et antiquam scripturam esse e Galeno apparet. Haud scimus an Platonis textus recensio, quam Galenus in variis operibus suis sequi videtur, semper eadem fuerit. E lectionibus enim variis ad φαίνεται (65d4) [12]) et ῥυῶδες (86c4) [13]) adnotatis tale quid suspicari licet. Sed cum eorum operum maior pars adhuc editione critica
25 egeat, rem in se incertam diiudicare nequimus. 83b6 (cap. XX d) Paraphrasis

---

Πορφύριος δὲ καὶ Ἰάμβλιχος τῇ πάσῃ τοῦ διαλόγου προθέσει σύμφωνον ἀπέφηναν, ὃ μὲν μερικώτερον, ὃ δὲ ἐποπτικώτερον.... Cf. K. Praechter, Goett. Gel. Anz. 167 [1905] 527. 1) Cap. IX a; XXI a. 2) Cap. I a, b; IX d; XI d; XIV c; XV c; XX d; XXII a. 3) Cap. II a, b; IV b; V b; XXII e. 4) Cap. I d; II b. Sed ibi Galenus de aliis dialogis verba fecit. Cf. etiam Diog. Laert. III 52: καὶ περὶ μὲν τῶν αὐτῷ δοκούντων ἀποφαίνεται διὰ τεττάρων προσώπων, Σωκράτους, Τιμαίου, τοῦ Ἀθηναίου ξένου, τοῦ Ἐλεάτου ξένου, εἰσὶ δ᾽οἱ ξένοι οὐχ, ὥς τινες ὑπέλαβον, Πλάτων καὶ Παρμενίδης, ἀλλὰ πλάσματά ἐστιν ἀνώνυμα. Sic etiam e.g. a Proclo saepe dialogorum personae afferuntur, ut Socrates, Timaeus, Atheniensis vel Eleates hospes.— Sed cf. J. Stenzel, Gnomon 10 [1934] 513 ss. 5) Comm. in Tim. 13,3 Sch.: αὕτη μὲν ἡ ἐξήγησίς μοι γέγονε κατὰ τὴν τῶν Ἀττικῶν (*sic restituimus*: Atticorum *Gadaldinus*: Ἀττικιανῶν *ci. Daremberg*) ἀντιγράφων ἔκδοσιν, ἐν ἑτέροις δὲ εὑρὼν γεγραμμένον. Cf. etiam O. Immisch, l. l. 25; G. Pasquali, Storia della tradizione e critica del testo (Firenze 1934) p. 266 s. 6) Cf. infra ad cap. I d. 7) Cap. III b. 8) Cap. VI c. 9) Cap. VI d-e. 10) Cap. IX c. 11) Cap. XVIII e. 12) Cap. XV a. 13) Cap. XXIII a.

genuinam scripturam χλοῶδες praebet. Lectiones τούτων [τε] (65d5: cap. XVa) et αὐτῆς ⟨τι⟩ (65 d 7: cap. XV b 1) etiam aliis Galeni locis exhibentur.

Non desunt loci ubi textus Arabicus lectionem deteriorem aut manifesto falsam secutus est, quamquam interdum haereas utrum interpres Syrus verba Graeca male intellexerit vel ex mendoso exemplari verterit an librarius quidam peccatum commiserit (plura infra, p. 24). De 52a3 (cap. IXc) et 71 e 1 (cap. XVII e) dubitari non potest neque de 64 d4 (cap. XIV d); 69c7 et Galenus et Themistius eundem textum lacunosum exhibent, 83a6 (cap. XX d) et 90 e 7 (cap. XXIV a) Galenus variis lectionibus deterioribus nisus esse videtur. Loci 83b3 (cap. XX d), 51e1 (cap. IX b), 52a2 (cap. IXc) difficiliores sunt diiudicatu. — Epitomator dictioni pedestri et sobriae huius litterarum generis propriae indulgens copiam Platonis restringere studuit. Recidit enim multa quibus sublatis neque cognitioni quidquam neque subtilitati detrahatur. De Platonis verbis 28c3 τὸν μὲν οὖν ποιητὴν καὶ πατέρα τοῦδε τοῦ παντός cf. infra p. 12. Pro Platonis verbis 30 a 3 πᾶν ὅσον ἦν ὁρατόν notio postplatonica οὐσία σωματική substituta est (cap. II d). Similiter Galenus 58 c 7 (cap. XI a), 64 d 2 (cap. XIV d), 69 e 1 (cap. XVII c), 70 b 6 (cap. XVII c), 60 a 8 (cap. XI d), 60 b 1 (cap. XI d) Platonis verba translata et ab usu cotidiano remota, quibus in libro qui De placitis inscribitur latius indulsit, consilio reiecit [1]). Fieri autem non poterat, quin et ipse interpres orientalis, cui nova nomina novis rebus imponenda essent, Galeni dicendi rationem aemulatus saepius Platonis sublimitatem verbis minus ornatis reddere mallet [2]).

Iam satis constat Galenum etiam alibi non tam rerum inventorem se praestare quam verborum[3]). Itaque etiam in Timaei Epitoma nonnulla quae ad philosophiam et medicinam pertinent novis nominibus notavit. Qua de re in ipso Paraphraseos initio Platonem eandem vocem ad notionem cum caeli tum mundi nullo discrimine usurpantem ostendit — idem quod in omnibus fere Timaei interpretationibus factum esse suspicari licet. Rem, quae a Platone γενέσεως nomine significatur, substantiam corpoream denominandam esse dicit (cap. I d - e). Neque silentio praetereundum esse censet

1) Praeterea cf. cap. XVIII b (73 e 2), cap. XVIII b (74 e 2), cap. XVIII c (75 d 5), cap. XVIII d 1 (75 e 3), cap. XVIII d 5 (76 a 8), cap. XIX a (79 c 1), cap. XX c (82 d 7), cap. XX d (83 b 4). 2) Cf. infra p. 24 ss. 3) I. v. Mueller, Galen als Philologe, Verh. 41. Vers. deutscher Philologen und Schulmaenner 1891, p. 80-91; W. Jaeger, Nemesios von Emesa (Berlin 1914), d18. — E.g. Galen, Ueber die medizinischen Namen (Abh. Preuss. Ak. d. Wiss., phil.-hist. Kl.

Platonem planetam illum, qui inde ab Eudoxo et Philippi Opuntii libello illo qui Epinomis inscribitur stella Veneris nominatur, veterum morem secutum ἑωσφόρον vocasse (cap. IV e). Corpora prima illa, de quibus in Timaeo disputatur, a recentioribus elementa nuncupari (cap. XX a) Galenus etiam aliis libris exposuit. Cap. XVII c, a 70 a 1 exorsus, quibus finibus voces διάφραγμα et φρένες apud diversarum aetatum scriptores circumscribantur, demonstrat; cap. XVIII a (cfr. cap. XIX d), quid intersit inter μυελός et ἐγκέφαλος exponit, semper Platonis usu ad suam ipsius doctrinam inflexo. Sed eas quae ad medicinam spectant adnotationes sicut illam de vocibus νεῦρα et τένοντες disceptationem (cap. XXII b : 84 e 5 ss.) iam alibi a Galeno factas inveneris. De ratione autem quae inter ἰχώρ et serum intercedat (cap. XXI a : 83 c 5) necnon de ἐφιάλτου notione (cap. XXII d : 85 a 5 - b 2) lectorem ad nullum alium Galeni locum delegare possumus.

Galenus igitur non semper verbis Platonicis stricte adhaesit, sed nonnunquam locos quosdam etiam amplius illustravit, quamquam extra Compendii terminos quos sibi constituit non egressus raro ipsam Platonis sententiam vel universe exposuit vel refutavit. Quod accuratius videbimus, si examinaverimus, quorum philosophorum opiniones in Summario nostro assectatus sit. Nam invenimus verba Timaei non solum recentiore sermone expressa, sed etiam diversae Galeni rationi accomodata vel aequalium intelligentiae conciliata. Sed cur has alienas structuras Platonico fundamento inaedificaverit, Galenus plerumque non demonstrat neque adversarios explicite incusat vel reprehendit.

Galenus (cap. II) mundi formationis causas Peripateticorum doctrinam secutus exponit, i.e. ut Aristoteles complura causarum genera distinguit, ubicumque de rerum natura et generatione agendum erat [1]). At causam motricem αἴτιον ποιητικόν vocat [2]), causam vero finalem Dei ponit bonitatem. Diogenes Laertius contra, Stoicissantium interpretatione recepta duas solas causas Platoni attribuit (III 69) [3]). Exemplar ad quod deus mundum fecit Galenus parum curavit (cf. ad cap. V a, VI f). Mundum nusquam

---

1931) p. 15 et passim; Comm. in Tim. 10,25 ss.; 17,26; 21,30 Schr. 1) De usu part. VI 12-13 (I 338,20 s.; 339,12; 344,3 Helmr.): ἔχεις ἁπάσας ἤδη τῷ λόγῳ τὰς αἰτίας, τὴν ἐκ τοῦ τέλους, τὴν ἐκ τοῦ δημιουργοῦ (scil. τὸ ὑφ'οὗ 339,14), τὴν ἐκ τῶν ὀργάνων (scil. τὸ δι'οὗ 339,15), τὴν ἐκ τῆς ὕλης, τὴν κατὰ τὸ εἶδος. 2) Cf. Alex. Aphrod. In Metaph. 59,28 H. 3) Cf. Theophrastus, Phys. Op. fr. 9 Diels (Dox. 484,19) = Simpl. In Phys., 26,7 ss. D. Ibid. 26,13 :

ζῷον appellat, a Platone etiam in hac re dissentiens[1]). Quid re vera exemplar sit, e Galeni Compendio accuratius cognosci nequit. Sed quin Galenus ubi interpres Arabicus *timṯāl* vocabuli mentionem facit (cap. II d), ideae ontologicam vim indicaverit, non dubitamus. Infra (cap. VIII b) Galeno mundum ex materia et forma (εἶδος *ṣūra*) ortum esse suo arbitrio adiungere placuit ; ergo εἶδος modo Aristotelico non formam abstractam sed potius formam in materia esse voluit. In paraphrasi pag. 51d 3 ss. (cap. IX a), ubi interpres verbum fere verbo exprimit, Galenus in ea sententia quam Platonis verbis praemisit nomen εἴδη (*ṣuwar*, i.e. formae) profert. Sed cap. IX b (51 e 1) — ubi a Platone leviter discrepat — et cap. IX c (52 a 1), in ea sententia quae Platonis verba excipit, εἶδος (*nauʿ*, i.e. species) significatu logico interpretatus esse videtur. Sed est quod dubites, an eo loco potius interpres Arabicus culpandus sit, qui voce Syriaca ambigua deceptus ei vim tribuerit quae a Platonis intentione aliena sit. Tamen statuere licet Galenum forma Aristotelica ideae Platonicae subiecta doctrinam Peripateticam et doctrinam Academicam in unum confudisse. Cuius rei exempla et apud alios philosophos ab ipso Timaeo profectos non desunt. In primis nominandus est Albinus (Did. 166,2 H.) : διὰ τὸ πᾶν σῶμα συνδύασμά τε εἶναι ἔκ τε ὕλης καὶ τοῦ σὺν αὐτῇ εἴδους, ὅπερ ἐξομοιοῦται ταῖς ἰδέαις καὶ μετέχει αὐτῶν δύσφραστον δή τινα τρόπον. (155,34) : καὶ ἐπεὶ τῶν νοητῶν τὰ μὲν πρῶτα ὑπάρχει ὡς αἱ ἰδέαι, τὰ δὲ δεύτερα ὡς τὰ εἴδη τὰ ἐπὶ τῇ ὕλῃ, ἀχώριστα ὄντα τῆς ὕλης, καὶ νόησις ἔσται διττή, ἡ μὲν τῶν πρώτων, ἡ δὲ τῶν δευτέρων. Atque doctrinae similes etiam apud Chalcidium inveniuntur, quem e Galeni aetatis commentariis librum suum compilavisse probabile est (304,9 Wr.) : «Tunc quippe res omnis in duo fuerat initia divisa, quorum alterum intelligibilis erat species, quam... idean cognominavit Plato, alterum imago eius, quae natura est corporis » ; (354,12 Wr.) : « Illud, quod fit et quod gignitur, generata videlicet species, quae in silva subsistit (i.e. ἔνυλον εἶδος)». Apparet ergo Galenum in idearum doctrina examinanda a Platonicorum recentiorum explicatione profectum esse, quam alibi non tam studiose secutus est. Quam viam et rationem ex Peripatetica et Platonica disciplina mixtam iam Antiochum Ascalonitam secutum esse satis constat [2]). Eundem usum apud Senecam invenimus,

---

ὁ μέντοι Ἀλέξανδρος ὡς τρεῖς λέγοντος (scil. τοῦ Πλάτωνος) τὰς ἀρχὰς ἀπομνημονεύει τὴν ὕλην καὶ τὸ ποιοῦν καὶ τὸ παράδειγμα, καίτοι σαφῶς τὸ τελικὸν αἴτιον τοῦ Πλάτωνος προσθέντος, ἐν οἷς φησι (Tim. 29 d 7). 1) Cf. e.g. 30 b 8, c 3.6.8, d 3, 31 b1 et alibi. 2) Cicero, Acad. Pr. II, 5,15 :

qui Galeni opinionis originem optime illustrat (Ep. mor. 58,20) [1]): «Quartum locum habebit εἶδος. Quid sit hoc εἶδος, attendas oportet et Platoni imputes, non mihi, hanc rerum difficultatem. Nulla est autem sine difficultate subtilitas. Paulo ante pictoris imagine utebar. Ille cum reddere Vergi-
5 lium coloribus vellet, ipsum intuebatur. *Idea* erat Vergilii facies, futuri operis *exemplar*. Ex hac quod artifex trahit et operi suo imposuit, εἶδος est. Quid intersit, quaeris? Alterum *exemplar* est, alterum *forma* ab exemplari sumpta et operi imposita. Alterum artifex imitatur, alteram facit. Habet aliquam faciem statua: haec est εἶδος; habet aliquam faciem exemplar
10 ipsum, quod intuens opifex statuam figuravit: haec *idea* est. Etiam nunc, si aliam desideras distinctionem, εἶδος in opere est, idea extra opus, nec tantum extra opus est, sed ante opus». Galenum etiam alibi ideis Platonicis operam impendisse scimus. Nam adhuc exstat libri deperditi inscriptio Πρὸς τοὺς ἑτέρως (ἑτέρους ms.) ἢ Πλάτων περὶ τῶν ἰδεῶν (ἰδίων ms.) δόξαντας τρία,
15 quod Kalbfleisch [2]) et Ilberg [3]) ante quadraginta annos demonstraverunt. Res admonet ipsa, ut Galeni quae de idea et de μεθέξει verba fecit — suo tempore a Kalbfleischio adnotata — in memoriam revocemus [4]).

An Plato in Timaeo mundum formatum esse crediderit, interpretibus inde ab Aristotelis et Xenocratis temporibus ambigua quaestio erat. Quod hic
20 enarrare longum erat. Galenus certo in hoc Compendio eos omnes a Platonis opinione aberrare censet qui mundum semper exstitisse autument (cf. cap. IVb, XVII a). Adversatus igitur Albino et Tauro (et dissentiens ab omnibus fere philosophis Neoplatonicis, quos universos Xenocrates ad se pertraxit), Plutarchi et Attici interpretationem secutus est [5]). Inter

---

«Plato... reliquit perfectissimam disciplinam, Peripateticos et Academicos, nominibus differentes, re congruentes...». 1) W. Theiler, Die Vorbereitung des Neuplatonismus (Berlin 1930) p. 1 ss. 2) Philologus 55 [1896] 690. 3) Rhein. Mus. 52 [1897] 597 n. 2. 4) De puls. diff. II 6, (VIII 597, 16 K.): οὕτως γὰρ οἶδα τὴν μικρότητα δι' ἔθους τοῖς Ἕλλησιν οὖσαν ὥς τι συμβεβηκὸς καὶ ἀχώριστον τῶν μικρῶν· ὥστε που Πλάτων καὶ ἰδέας ἐποίει μεγέθους καὶ μικρότητος, καὶ τῇ τούτων μεταλήψει τὸ μέγα καὶ τὸ μικρὸν ἐγέννα τῷ λόγῳ (Parm. 149e). Meth. med. II 7 (X 128,6 K.): ἀνάγκη γὰρ δὴ τὰς νόσους ἁπάσας ἑνὸς καὶ ταὐτοῦ μεθέξει νόσους ὀνομάζεσθαι, καθάπερ οἶμαι καὶ ἄνθρωπον καὶ βοῦν καὶ κύνα καὶ τῶν ἄλλων ἕκαστον. 5) Cf. Plutarch., Lamprias nr. 66: Περὶ τοῦ γεγονέναι κατὰ Πλάτωνα τὸν κόσμον. Atticus ap. Procl. In Tim. I 276,30 D.: Πλούταρχος μὲν καὶ Ἄττικος καὶ ἄλλοι πολλοὶ τῶν Πλατωνικῶν κατὰ χρόνον τὴν γένεσιν ἤκουσαν... εἶναι γὰρ πρὸ τῆς κοσμοποιίας ἄτακτον κίνησιν (ibid. I 283, 27; 325, 30). 381, 26: .... οἱ δὲ περὶ Πορφύριον καὶ Ἰάμβλιχον ταύτην μὲν ἐπιρραπίζουσι τὴν δόξαν (cf. Iambl. ap. Stob. Ecl. I 374, 21 ss. W.) — Diog. Laert. III 69. Aetius, Plac. I 7, 6 (Dox. 299). Albinus, Did. 12 (167, 11 H.). Chalcidius cap. 352. — C. Baeumker, Philosophische Monatshefte 23 [1887] 517 n. 1.

Aristotelis commentatores maxime cum Alexandro Aphrodisiensi congruit, qui more Aristotelico contendit Platonem mundum a deo fabricatum immortalem dixisse, necnon cum Ioanne Philopono, qui fidei Christianae addictus Procli interpretationem vehementer confutavit. — Galenus ipse de aeternitate mundi cum in libro Περὶ ἀποδείξεως locutus est tum in libro 5 quem aetate iam provectus Περὶ τῶν ἑαυτῷ δοκούντων composuit. Utroque loco eam rem certo demonstrari non posse affirmat, quia in sensuum fide acquiescens nihil aliud nisi mundi antiquitatem comprobare possit; huiusmodi igitur argumentis nisus mundi aeternitatis certam nequivit consequi cognitionem. Inter alia huc quadrat Galeni fragmentum, quod in Ǧābiri 10 scriptis alchymicis nuper editis exstat et quod libro Περὶ τῶν ἑαυτῷ δοκούντων attribuendum esse putamus [1]). Etiam alterum illius libri fragmentum, quod supra commemoravimus, apud philosophum Arabicum, Averroem dicimus, occurrit, quod se ex Alfarabio hausisse ipse attestatur [2]). Ex quo pauca tantum verba afferre satis erit, quae Kalbfleisch e Latino in 15 Graecum sermonem sic convertit: ὅτι οὐδὲν ἀσφαλὲς ἔχει περὶ τοῦ κόσμου πότερον νέος ἐστὶν ἢ παλαιός, καὶ φανερός ἐστιν αὐτὸς χρώμενος ἐν τῷ περὶ τοῦ κατὰ τὸν κόσμον αἰῶνος ζητήματι τοιαύταις μόνον προτάσεσι. Galenus enim saepe non solum eclecticae sed etiam scepticae disciplinae a multis philosophis aequalibus commendatae libenter se applicavit, quaestionibus a medico 20 alienis reiectis [3]). Contra loco illo famoso, quo Mosis mentio fit, una cum Platone aliisque philosophis, qui de rerum natura recte conscripserint, a Veteris Testamenti doctrina dissentit, i. e. Academici fere nomen profitetur (De usu part. XI 14: II 158, 19 Helmr.): καὶ τοῦτ' ἔστι, καθ'ὃ τῆς Μωσοῦ δόξης ἡ θ'ἡμετέρα καὶ ἡ Πλάτωνος καὶ ἡ τῶν ἄλλων τῶν παρ' Ἕλλησιν ὀρθῶς 25 μεταχειρισαμένων τοὺς περὶ φύσεως λόγους διαφέρει· τῷ μὲν γὰρ ἀρκεῖ τὸ βουληθῆναι τὸν θεὸν κοσμῆσαι τὴν ὕλην, ἡ δ'εὐθὺς κεκόσμηται.. ἡμεῖς δὲ οὐχ οὕτως γιγνώσκομεν,

---

1) Jabir ibn Hayyan I (Paris - Le Caire 1935) 420 Kraus: « Hanc partem excelsam — caeli partem indicat — ortam non esse nobis sciendum est ex eo, quod proavi nostri et omnes veteres eum in eadem forma semper viderunt. Et astronomi observationes iam ante mille annos fecerunt et id, quod ad eius ordinem et motus attinet, in eadem forma invenerunt». 2) Galenus ed. Chartier II 71 (Kalbfleisch, Philol. 55, 1896, 694): ὁ Γαληνὸς νομίσας μηδένα ἔχειν εἰδέναι ὅτι ὁ κόσμος ἀΐδιός ἐστιν εἰ μὴ διὰ προτάσεων αἷς ἡ γένεσις ἀπὸ τῆς αἰσθήσεως καὶ τῆς τῶν παλαιῶν μαρτυρίας, φησὶν ἐν τῷ Περὶ τῶν ἑαυτῷ δοκούντων... καὶ φανερός ἐστιν αὐτὸς χρώμενος ἐν τῷ περὶ τοῦ κατὰ τὸν κόσμον αἰῶνος ζητήματι τοιαύταις μόνον προτάσεσι κἀκ τῶν ἐν τῇ Περὶ ἀποδείξεως πραγματείᾳ εἰρημένων. M. Steinschneider, Alfarabi (St. Petersbourg 1869) 134.

3) I. v. Mueller, Galens Werk vom wissenschaftlichen Beweis 463.

ἀλλ᾽εἶναι γάρ τινα λέγομεν· ἀδύνατα φύσει καὶ τούτοις μηδ᾽ἐπιχειρεῖν ὅλως τὸν θεόν, ἀλλ᾽ἐκ τῶν δυνατῶν γενέσθαι τὸ βέλτιστον αἱρεῖσθαι ..... ; 159, 10 : ἀμφοτέρων οὖν τὸν θεὸν αἴτιον εἶναί φαμεν, τῆς τε τοῦ βελτίονος ἐν αὐτοῖς τοῖς δημιουργημένοις αἱρέσεως καὶ τῆς περὶ τὴν ὕλην ἐκλέξεως. Neque hic silentio praeterire volumus illum in
5 demiurgi sapientiam potentiam bonitatem hymnum, qui in tertio eius operis libro exstat [1]), quamquam eum nescio quid Stoicae doctrinae redolere non ignoramus. Quo modo autem variae Galeni de formatione mundi opiniones sint accipiendae, peritioribus ad diiudicandum relinquimus.

Galenus Platonem interpretatus a Neoplatonicis etiam in eo dissentit,
10 quod (cap. II b: 28 c 3) mundi opificem patrem nominare supersedet, philosophum more suo non nisi sensu translato illa voce usum esse ratus. Philosophi autem recentiores inde a Plutarcho [2]), ut e Procli commentario [3]) discimus, patrem ab opifice, mundi procreationem ab ortu multum differre subtiliter disputaverunt. Galenus contra ad eius loci versionem, quam
15 Cicero confecit, maxime accedit (§ 6, p. 156 b 13 Ax) : « atque illum quidem quasi parentem huius universitatis...... » [4]). Haud inutile erit Theologiae quam vocant Aristotelis locum afferre (p. 44,5 Dieterici), quo compilator Christianus, Enn. V 8, 1 excerpiens, vocem πατέρα, quae doctrinae Christianae difficilius accommodari potuit, consilio omisit. Nam cum ex illa inter-
20 pretatione tum ex mundi a deo formati doctrina, quam Galenum Platoni attribuisse vidimus, melius apparet, cur hoc Compendium usque ad recentiorum Arabum aetatem plus quam semel a librariis descriptum sit [5]).

Galenus quattuor elementa Platonica, quorum formam geometricam et hic et alibi minime curavit, in Compendio aeque ac Plato in Tim. 53c4
25 semper ita disposuisse videtur, ut extrema praecedant, media vero sequantur, i.e. ignis, terra, aqua, aer (sic cap. X a : Plato γῆ πῦρ ἀὴρ ὕδωρ ; cap. VIII b, terra ignis aqua aer : Plato πῦρ ὕδωρ ἀὴρ γῆ ; cap. XVIII a, ignis terra aqua aer : Plato πῦρ ὕδωρ ἀὴρ γῆ) [6]). Aliter Diog. Laert. III 70,73 ea ordinavit, similiter Albinus (167,19 s. H. : πῦρ γῆ ὕδωρ ἀήρ). — Corpora
30 autem ex certa eorum elementorum temperatione provenire Galenus non solum non negavit, sed etiam libere et aperte professus est. Sed porro ea corpora non nisi ex ipsis per se tota invicem temperatis fieri certo se

---

1) De usu part. III 10 (I 174,4 Helmr.). 2) Quaest. Plat. II, p. 1000 f ; Albinus Did. 164, 35 H. 3) In Tim. I 299, 13 - 319, 21 D. ; Theol. Platon. 5, 16. 4) Aliter Chalcidius (p. 24,16 Wr.) : «Igitur opificem genitoremque universitatis etc.. ». 5) Cf. S. Pines, Beitraege zur islamischen Atomenlehre 73 n. 2. 6) Aliter cap. X a 2 : πῦρ ὕδωρ γῆ ἀήρ.

scire in libro qui Περὶ τῶν ἑαυτῷ δοκούντων inscribitur affirmavit [1]). Mirum igitur non est eum illam κράσεως δι' ὅλου a Platone plane alienam notionem Timaei Compendio tacite inseruisse (cap. XXI b). Quin etiam atomorum mentionem, recentiorum opinionem secutus, fecisse videtur [2]).

Galenum ipsum in res mathematicas atque astronomicas operam stu- 5 diumque contulisse satis constat ; nuper ex libri qui De septimestri partu vocatur versione Arabica novum Hipparchi fragmentum recuperatum est [3]). In Timaei Paraphraseos capite quinto (c) de stellis crinitis loquitur, a Platone quidem hoc loco non commemoratis, quas vero « et ipse saepe viderit et Hipparchus [4]) et alii astronomi in libris suis descripserint ». 10 Porro Plato et Aristoteles in dialogis astra summa intelligentia praedita in deorum numero duxerunt ; cuius rei Galenus, etsi sciens, nullam mentionem fecit, eodem modo quo mundum animatum esse numquam affirmavit.

Galenus terram circa axem universi devinctam ita fabricatam esse, ut uno eodemque loco semper maneat (cap. V b), haud aliter atque Aristoteles 15 et Hipparchus et plerique Timaei commentatores — e.g. Cicero (in dialogi versione) [5]), Timaeus Locrus [6]), Chalcidius [7]), Proclus [8]) — censet. Aristoteles, contra, Platonem terram circa axem converti et circumagi voluisse gravibus argumentis contendit (De caelo II 13, 293 b 30). Satis constat ex Cicerone (Luc. 123) et Plutarcho (Quaest. Plat. VIII 8,1) etiam alios 20 philosophos et astronomos ad eam doctrinam accessisse. Galenus iterum istam controversiam tacite reiecit et voci ambiguae εἱλλομένην — quam ipse infra usurpat et cuius vis Ḥunainum linguae Graecae peritum non fugit [9]) — vocem minus obscuram consilio substituit.

Philosophi Platonici recentiores, ut e Plutarchi Quaestionum Plato- 25 nicarum capite octavo discimus, acute et copiose disputaverunt, quae sidera

---

1) e.g. Περὶ τῶν ἑαυτῷ δοκούντων (IV 762,9 K.): ὅτι μὲν ἐκ τῶν δ' στοιχείων κράσεως ἅπαντα τὰ παρ' ἡμῖν σώματα γίγνεται, βεβαίως γινώσκειν φημὶ καὶ προσέτι δι'ὅλων αὐτῶν κεραννυμένων, οὐχ ὡς 'Εμπεδοκλῆς ἡγεῖτο, κατὰ σμικρὰ μόρια καταθραυσμένων· εἴτε δὲ τῶν σωματικῶν οὐσιῶν ὅλων δι' ἀλλήλων ἰουσῶν, εἴτε τῶν ποιοτήτων μόνων οὔτε ἀναγκαῖον εἶναί φημι γινώσκειν οὔτε ἀποφαίνομαι, πιθανώτερον δὲ εἶναι νομίζω κατὰ τὰς ποιότητας γίγνεσθαι τὰς κράσεις. Aliter ALBINUS, Did. 166,14 ss. H. ; cf. R. E. WITT, Albinus and the History of Middle Platonism (Cambridge 1937) 9. 2) Cf. ad cap. XVIII b. 3) Rivista degli Studi Orientali, 15 [1935] 331. 4) Praeter Hipparchum Galenus in Compendio solum Euclidem nomine notavit (cap. III b). 5) p. 177,1 Ax : « quae traiecto axi sustinetur ». 6) 97 d : γᾶ δ'ἐν μέσῳ ἱδρυμένα ἑστία θεῶν. 7) p. 41,7 Wr. 8) In Tim. III 136,30 ss. D. 9) v. infra p. 26, 9 ss.

Plato in Timaeo (41 e5; 42 d5) temporis instrumenta vocavisset. Galenus autem in illo Compendii loco (cap. VIg: 42d), quem prorsus in integrum restituere nequimus, terram quoque temporis instrumentum esse plane negavit. Haud scimus an timuerit, ne ea re concessa terram circa medium
5 converti statuere cogeretur[1]). Ex hoc enim Plutarchi loco tale quid suspicari licet (ibid. 3, p. 1006e): ἄριστον οὖν τὴν γῆν ὄργανον ἀκούειν χρόνου μὴ κινουμένην ὥσπερ τοὺς ἀστέρας, ἀλλὰ τῷ περὶ αὑτὴν μένουσαν ἀεὶ παρέχειν ἐκείνοις φερομένοις ἀνατολὰς καὶ δύσεις, αἷς τὰ πρῶτα μέτρα τῶν χρόνων, ἡμέραι καὶ νύκτες, ὁρίζονται. Galenus ergo eam Timaei orationem aliter ac Plutarchus intellexit; immo
10 vero Platonis verba vel a rei natura aliena vel mendosa esse indicavit. Etiam Plutarchus eo loco aliam lectionem reponere conatus est dativum χρόνῳ pro genetivo χρόνου legendum esse ratus (ibid. 2, p. 1006d): μεταγραπτέον δὲ τὸ χρόνου χρόνῳ ... καὶ δεκτέον ὄργανα μὴ τοὺς ἀστέρας ἀλλὰ τὰ σώματα τῶν ζῴων λέγεσθαι ..... ὥστε τοίνυν εἶναι τὸν λόγον· αἱ ψυχαὶ εἰς τὰ προσήκοντα ὀργανικὰ σώματα
15 ἐν χρόνῳ κατεσπάρησαν. Praeterea Galenum cum in Hippocratis commentariis tum in De medice dictis fragmento (p. 13, 3-7 Schr.) nonnunquam traditam scripturam mutare ausum esse non ignoramus. Sed Summarii verba, cum certe redintegrari nequeant, nihil tutius affirmare nos sinunt.

Fieri denique non potest quin auctor, qui ab Hipparcho omnino non
20 discedit, Platonis de sphaeris doctrinam plane reiecerit. Plato enim sphaeram quam ταὐτόν complectitur (i.e. circulus aequinoctialis) eandem atque sphaeram supremam (ἡ ὅλη σφαῖρα), sphaeram vero quam τὸ ἕτερον complectitur in septem partes divisam eandem atque septem planetarum sphaeras esse censet. Posteri autem aequinoctii quam dicunt praecessione ab Hip-
25 parcho primum cognita novem sphaeras statuere coacti sunt [2]). Quam controversiam iam in libri qui Περὶ ἀποδείξεως inscribitur fragmento expositam [3]) Galenus in Timaei Compendio repetere noluit. Immo satis

1) Vors. 58 [45] B 37 = ARISTOT., fr. 204 R. (Περὶ τῶν Πυθαγορείων): τὴν δὲ γῆν ὡς ἓν τῶν ἄστρων οὖσαν κινουμένην περὶ τὸ μέσον κατὰ τὴν πρὸς τὸν ἥλιον σχέσιν νύκτα καὶ ἡμέραν ποιεῖν ..... ἄστρον δὲ τὴν γῆν ἔλεγον ὡς ὄργανον καὶ αὐτὴν χρόνου· ἡμερῶν γάρ ἐστιν αὕτη καὶ νυκτῶν αἰτία. ἡμέραν μὲν γὰρ ποιεῖ τὸ πρὸς τῷ ἡλίῳ μέρος καταλαμπομένη, νύκτα δὲ κατὰ τὸν κῶνον τῆς γινομένης ἀπ' αὐτῆς σκιᾶς. CIC., Luc. 123: « Hicetas Syracosius, ut ait Theophrastus, caelum solem lunam stellas supera denique omnia stare censet neque praeter terram rem ullam in mundo moveri; quae cum circum axem se summa celeritate convertat et torqueat, eadem effici omnia, quasi stante terra caelum moveretur. Atque hoc etiam Platonem in Timaeo dicere quidam arbitrantur, sed paulo obscurius ». 2) PTOLEMAEUS, Hypoth. ex Arab. interpretatus est L. Nix (Leipzig 1907) p. 123. — Cf. etiam AVERROES, Epitome der Metaphysik (Leyden 1924) p. 112 s. 244 s. Van den Bergh. 3) JABIR IBN HAYYAN, p. 418-421 Kraus.

habuit doctrinam recentiorem leviter attingere (cap. IV c), circulum aequinoctialem et sphaeram supremam (ἡ ὅλη σφαῖρα) diversa esse affirmans.

Galenus Platonem inferiores duas animae partes caducas putavisse, intellectum solum separabilem et immortalem arbitratum esse sibi persuasum habet (cap. XVII a, c) [1]. Qua in re cum Attico et Albino consentit. 5
Animam vero tripartitam esse, ut iam ex primis septem De placitis libris suspicari licet, ipse non negavit. Porro quae apud Platonem ipsum nondum offendimus vocabula λογικὴ ψυχή (cap. VI b; XV d; XVII a, c; XXIII e) et ἐπιθυμητικὴ ψυχή (cap. XVII c, e; XVIII g; XXIII e) usurpat [2].

Animam rationalem, scil. hominis partem praestantissimam, in capite 10
collocavit (cap. VII b); Galeni verba cum Apulei loco ita concinunt, ut ea ex eodem auctore — an e Gaio? — fluxisse putes. Stoici, contra, rationi medium locum, scil. cor, assignaverunt. Galenus igitur Stoicos et Posidonium errare censuit, opinionem quam Antiochus Ascalonita defendit secutus [3]. Sed animae essentiam quaenam sit eiusque immortalita- 15
tem firmis argumentis neque demonstrari posse neque ad sanitatis tutelam vel ad philosophiam moralem pertinere docuit. Ad scepticorum ergo rationem et in cosmologia et in psychologia inclinavit (cf. etiam Περὶ ἀποδείξεως IV) [4].

Huc adicias quod Galenus, ubi Platonis de animi morbis verba epi- 20
tomata refert (cap. XXIII a), illud οὐδεὶς ἑκὼν κακός (86d) aliaque silentio

---

1) Sed cf. ALBIN. Did. 178, 19 H. 2) GALENUS Περὶ ἠθῶν, versio Arab. epitomata (Bulletin Faculty of Arts, University of Egypt, V 1 [1937] Cairo 1939, sectio Arab.) p. 26,6 Kraus. 3) Cf. etiam LACTANT. De opif. Dei 5. 4) Περὶ τῶν ἑαυτῷ δοκούντων (IV 761,2 K.): καὶ γάρ τοι καὶ τὴν ψυχὴν ἡμῶν αὐτὴν οἱ μὲν ἀσώματόν τινα νομίζουσιν οὐσίαν εἶναι, τινὲς δὲ πνεῦμα, καθάπερ ἄλλοι μηδὲ εἶναί τινα ὕπαρξιν αὐτῆς ἰδίαν ἀλλὰ τὴν ἰδιότητα τῆς τοῦ σώματος οὐσίας, ὧν ποιεῖν πέφυκε, τούτων ἔχειν λέγεσθαι δυνάμεις ..... ἐγὼ τοίνυν ἐν τούτοις μέσην τινὰ τάξιν ἐμαυτὸν ἔταξα ..... τήν γε μὴν ψυχήν εἰ μὲν ἀθάνατος οὖσα ταῖς σωματικαῖς οὐσίαις κεραννυμένη τὰ ζῷα διοικεῖ, γιγνώσκειν βεβαίως οὐκ ἐπαγγέλλομαι, καθάπερ οὐδὲ εἰ μηδεμία καθ'ἑαυτήν ἐστιν ἡ οὐσία ψυχῆς. ἐκεῖνο μέντοι φαίνεταί μοι σαφῶς, ὅτι κἂν εἰσοικίζηται τοῖς σώμασι, δουλεύει ταῖς φύσεσιν αὐτῶν, αἵπερ εἰσίν, ὡς ἔφην, ἐκ τῆς τῶν στοιχείων ποίας κράσεως γιγνόμεναι. καὶ κατά γε τοῦτο πρὸς τὴν ἰατρικὴν τέχνην οὐδὲν, ἡγοῦμαι, βλαβήσεσθε διὰ τὴν ἄγνοιαν τῆς καλουμένης ἐμψυχώσεώς τε καὶ μετεμψυχώσεως..... τὴν ψυχὴν αὐτοῦ (scil. τοῦ σώματος) χωρισθῆναι δοκῶ μοι γινώσκειν ἀδύνατον εἶναι, καὶ διὰ τοῦτο τὴν οὐσίαν αὐτῆς, ἥτις ἐστίν, οὐκ ἀναγκαῖον οὔτε εἰς τὰς ἰάσεις τῶν νοσημάτων οὔτε εἰς φυλακὴν τῆς ὑγιείας ἐπίστασθαι, καθάπερ οὐδὲ εἰς τὴν ἠθικὴν φιλοσοφίαν, πρακτικήν τε καὶ πολιτικήν. ὀνομαζέτω γὰρ αὐτὴν ἕκαστος, ὡς ἂν ἐθέλῃ, χωρίζων τῆς θεωρητικῆς.

praetermisit. Quod tamen certo consilio factum esse credi vix potest. Nam animi mores corporis temperamenta sequi ipse et ubicumque docuit et in libro illo qui ita inscribitur uberius exposuit. In eodem libro etiam eos Timaei locos excerpsit et interpretatus est, quos in Compendio neglectos esse prima specie miramur.

Nonnullas alias res, quas Galenus ad aetatis suae rationem instituit, in commentariolum versioni Latinae subiectum relegavimus. Sic e.g. cap. VII b siccitatem et humiditatem ad orationem 44a-b illustrandam introduxit suam ipsius doctrinam secutus; cap. VII c recentiorem videndi explicationem tacite inseruit. Alia ad cap. XI a, XI d, XIII b adnotata invenies. Unguium generatio tacite ad recentioris medicinae normam adacta est cap. XVIII f. — Platonis de spatio opinionem Galenus nullo modo recepit.

Galenus ea verba quibus de idearum existentia sermonem quasi verbotenus reddidit (51d3-52b5), opinionem tantum communem, per se non ineptam, sed demonstrationibus non fultam continere in initio exposuit (قول عامى : κοινὸς λόγος). Haud aliter sermonem, quo ὁ πρῶτος θεός (41a5 ὁ τόδε τὸ πᾶν γεννήσας, cf. De demonstr. IV, ap. Ioan. Philop. De aet. mundi p. 600,1 R.) deis inferioribus indicat eos ortos quidem sed immortales esse, κοινὸν λόγον appellavit (cap. VI a); qua re lectorem deorum illorum generationem a Platone argumentis non demonstratam esse monuit. Atque Timaeus ipse illas res simili modo illustravit (40d9): ἀδύνατον οὖν θεῶν παισὶν ἀπιστεῖν, καίπερ ἄνευ τε εἰκότων καὶ ἀναγκαίων ἀποδείξεων λέγουσιν. Et Galenus in libro illo Περὶ τῶν ἑαυτῷ δοκούντων docuit Platonem omnino duobus ratiocinandi modis usum esse, prout sermonem vulgo accommodatum conscriberet aut paucissimis illis auditoribus qui ipsi philosopharentur. Loquitur autem de anima plantarum (IV 757 K.): Πλάτων γοῦν αὐτὸς ἔμψυχα μὲν ἀεὶ λέγει τὰ ζῷα, τοὺς λίθους δὲ καὶ τὰς πόας καὶ τὰ ξύλα καὶ καθόλου τὰ φυτὰ πάντα τῶν ἀψύχων σωμάτων εἶναί φησιν· ἀλλ' ὅταν ἐν Τιμαίῳ τὴν φυσικὴν δύναμιν ὀλιγίστοις ἀκροαταῖς κατακολουθεῖν ἐπιστημονικοῖς λόγοις δυναμένοις ἀποχωρήσας τῶν τοῖς πολλοῖς δοκούντων εἰς ὅλον τὸν κόσμον ἐκτετάσθαι λέγῃ τὴν ψυχὴν αὐτοῦ, διαφωνίαν οὐ χρὴ τοῦτο νομίζειν εἶναι, τἀνδρὸς ἑαυτῷ τἀναντία λέγοντος, ὥσπερ οὐδ' Ἀριστοτέλους ἢ Θεοφράστου, τὰ μὲν τοῖς πολλοῖς γεγραφότων, τὰς δὲ ἀκροάσεις τοῖς ἑταίροις. Ea Galeni verba Albini et Gai opinioni repugnare non videntur; cf. Procl. In Tim. I 340 D. (ad Tim. 29b): καὶ ἐοίκασιν ἐντεῦθεν ἀφορμὰς λαβόντες οἱ περὶ Ἀλβῖνον καὶ Γάιον Πλατωνικοὶ διορίζειν, ποσαχῶς δογματίζει Πλάτων, καὶ ὅτι διχῶς, ἢ ἐπιστημονικῶς ἢ εἰκοτολογικῶς κτλ. Sed non idem valent. Galenus autem ipse verba quoque, quae Plato

in Timaeo de ideis facit, vulgo, non philosophis conscripta esse censet. Sed ea Timaei commentarii medici parte deperdita, cur illa ita iudicare voluerit nescire dolemus.

De fontibus Galeni nihil certius affirmare possumus. Epitomandi usus iam Aristotelis aetati non inauditus paulo post ita increbuit, ut tum Academicae tum Peripateticae scholae omnium fere librorum compendia facta sint. Aristoteli ipsi non solum Legum [1]) et Rei publicae [2]) epitome sed etiam Timaei compendium attribuitur [3]). Simplicius, qui tot gravissima veterum philosophorum fragmenta sive ipse excerpsit sive excerpta ab Alexandro tradidit, Aristotelis De caelo libros commentatus Timaei summarium nominat, quod tamen eum ipsius oculis usurpavisse demonstrari nequit (379,12 H.) : Πῶς οὖν ἔτι δυνατὸν ἐγκαλεῖν τῷ Πλάτωνι ὡς ἄλλως πεφυκότα κινεῖσθαι τὸν οὐρανὸν ἄλλως ὑπὸ τῆς ψυχῆς λέγοντι φέρεσθαι; καὶ πάντων, οἶμαι, μᾶλλον ὁ Ἀριστοτέλης τὴν ἐν τῷ Τιμαίῳ περὶ τούτων τοῦ Πλάτωνος γνώμην ἠπίστατο ὃς καὶ σύνοψιν ἢ (!) ἐπιτομὴν τοῦ Τιμαίου γράφειν οὐκ ἀπηξίωσεν. Theophrasti De sensibus fragmenta quin eiusmodi epitomen Timaei resipiant non est quod dubitemus [4]). Et Diogenem Laertium [5]) et Albinum [6]) Timaei compendia quaedam excerpsisse verisimile est [7]).

Cavendum viris doctis, ne Schroederi editionem libri qui Περὶ τῶν ἐν τῷ Πλάτωνος Τιμαίῳ ἰατρικῶς εἰρημένων inscribitur, sed ab editore « Galeni in Platonis Timaeum Commentarii Fragmenta » vocatus est, et huius Compendii editionem confundant [8]).

---

1) Cf. Diog. Laert. (V 2) nr. 21 : τὰ ἐκ τῶν Νόμων Πλάτωνος $\bar{\alpha}\,\bar{\beta}\,\bar{\gamma}$ (Hes. nr. 13 : τὰ ἐκ τῶν Νόμων Πλάτωνος). 2) Diog. nr. 2 : τὰ ἐκ τῆς Πολιτείας $\bar{\alpha}\,\bar{\beta}$ (Ptol. nr. 15 : τὰ ἐκ τῆς Πολιτείας Πλάτωνος $\bar{\beta}$. Proclus, In Remp. I 8, 10 Kroll (= Arist. fr. 180 R.): καὶ μαρτύρονται καὶ οὗτοι τὴν ἐπιγραφὴν ἀρχαιοτάτην οὖσαν· καὶ γὰρ Ἀριστοτέλης ἐπιτεμνόμενος τὴν πραγματείαν ταύτην οὑτωσί φησιν, ἐπιτέμνεσθαι τὴν Πολιτείαν. 3) Diog. nr. 94 : τὰ ἐκ τοῦ Τιμαίου καὶ τῶν Ἀρχυτείων $\bar{\alpha}$. (Hes. nr. 85: ἐκ τῶν Τιμαίου καὶ Ἀρχύτου $\bar{\alpha}$). 4) v. infra ad cap. XV. 5) III 67 ss. 6) Cfr. R. E. Witt, Albinus p. 78 ss. 7) Galenus etiam suorum ipsius librorum epitomas facere aspernatus non est, ut ex libelli qui Σύνοψις τῆς Περὶ σφυγμῶν ἰδίας πραγματείας inscribitur initio discimus (IX 431 K.). Cf. Mueller, Galens Werk etc. 406.
8) Cf. Schroeder l. l. p. XIV n. 9; v. R. Klibansky, The Continuity of the Platonic Tradition (London 1939) p. 41.

II.

De interprete

In codice Constantinopolitano Sanctae Sophiae 2410 (=*A*) nulla interpretis mentio fit ; contra in codicis Esʿad 1933 (=*E*) folio primo Ḥunainus Compendii interpres nominatur (*iḫrāǧ Ḥunain ibn Isḥāq*). Cui rei verba quae Ḥunainus ipse in Epistula sua de Galeni operum versionibus Syriacis atque Arabicis fecit [1]), prima specie optime congruere videntur. Enumeratis enim quattuor illis Compendii partibus quae adhuc exstabant, haec adiunxit [2]) : « Primas tres partes in usum Muḥammadi ibn Mūsa [3]) in linguam Arabicam transtuli ». Atque discipulus quidam haec adiunxit : « Haec omnia vertit ʿĪsa [4]) ; Ḥunainus (sola) libri De re publica summaria emendavit ».

Sed ipsius contextus ratione eam versionem Ḥunaino attribuere vetamur. Certa a genere dicendi argumenta duci adhuc nequeunt; nam Bergstraesseri qui id conatus est studia [5]) angustiore fundamento nituntur quam ut aliquid definiti eo modo effici possit [6]). Maxime autem in eo offendimus quod Ḥunainus ipse se illud Compendium in usum Muḥammadi ibn Mūsa in linguam Arabicam transtulisse professus est. Ḥunaini enim dicendi more diligenter collato, ex eis verbis concludendum esset illius libri versionem Syriacam ab eo confectam non esse. Praeterea dubitari nequit, quin verba quibus se Platonis Compendiorum quattuor tantum libros repperisse exponit [7]) non nisi ad illius operis textum Graecum, minime ad versionem

---

1) V. Testimonium 2 ; cf. supra p. 1 ss. 2) Ab Ibn Abi Usaibiʿa (*ʿuyūn al-anbāʾ* I 101, 10) omissa. 3) Cf. M. Meyerhof, New light on Hunain ibn Ishaq and his period, Isis 8 (1926) 715. 4) Cf. infra p. 19, 12 s. 5) Hunain ibn Ishaq und seine Schule. Sprach-und literargeschichtliche Untersuchungen zu den arabischen Hippokrates- und Galenuebersetzungen (Leiden 1913). 6) Solum quid inter sermonem Hunaini et Hubaishi intersit, ea via partim distingui potest. Cf. Galen, Ueber die medizinischen Namen (Abh. der preuss. Akad. d. Wiss. 1931, phil.-hist. Kl.) p. 4 Meyerhof-Schacht (praefatio). 7) Cf. Testim. 2.

quandam Syriacam spectent. At interpretationem Arabicam ex versione Syriaca intermedia fluxisse certis argumentis comprobabimus [1]. Porro non est quod versionis Arabicae vitia gravissima Ḥunaino, quem linguae Graecae peritia excelluisse satis constat, attribuamus. Quorum vitiorum partem non exiguam ad versionis Syriacae ambiguitatem ab interprete Arabico male intellectam, non ad versionem Syriacam ipsam reducendam esse apparebit. Nam fieri non potuit quin Ḥunainus, qui saepe libros Graecos primo in linguam Syriacam deinde ex Syriaco in linguam Arabicam transtulit [2], ipsius versionem Syriacam recte intellexerit locosque dubios iterum cum textu Graeco contulerit [3].

Ad eam rem enucleandam maximi momenti sunt illa verba quae amanuensis quidam Ḥunaini verbis adiunxit [4]. ʿĪsa b. Yaḥya b. Ibrāhīm [5], in Ḥunaini Epistula saepe nominatus [6], secundum Ibn abī Uṣaibiʿa a magistro carissimus habitus [7], non minus quam viginti quattuor Galeni opera ex Syriaco in linguam Arabicam transtulit [8]. Sicut ceteri Ḥunaini discipuli linguam Graecam non callebat; ex Graeco igitur in linguam Arabicam vertere nequivit. Solus Ḥunainus apud Byzantinos discendi causa commoratus [9] multum trium illarum linguarum facultatis habuisse videtur [10]. Revera ʿĪsae nunquam translatio Graeco-Arabica aut Graeco-Syriaca attribuitur; contra saepissime versiones Syriacas ab Ḥunaino ante confectas Arabice interpretatus est [11]. Audiamus ipsius Ḥunaini verba (l.l. nr. 42: Περὶ χρείας ἀναπνοῆς): «Deinde ʿĪsa, discipulus meus, a me petivit ut eum (librum) Syriace verterem; atque ego eius precibus obtemperavi». Ergo verba illa: «ʿĪsa haec omnia vertit» non nisi ad Platonis Compendii priores tres libros — an potius quattuor [12] — ex Syriaco in sermonem Arabicum translatos referri possunt.

---

1) Cf. infra, p. 22 ss. 2) Versiones Syriacae in usum Christianorum, versiones Arabicae in usum Muhammedanorum conficiebantur; cf. Meyerhof, l.l. 711. 3) Hunainum codices manu scriptos diligenter collegisse et accurate contulisse satis constat; cf. Meyerhof l.l. 707.
4) Cf. supra p. 18, 8. 5) Cf. Meyerhof l.l. 709. 6) Cf. G. Bergstraesser, Hunain ibn Ishaq: Ueber die syrischen und arabischen Galenuebersetzungen, Lipsiae 1925, p. 45; G. Bergstraesser, Neue Materialien zu Hunain ibn Ishaq's Galen - Bibliographie, Lipsiae 1932, p. 99. 7) O.c. I 204: وكان فاضلا اثق عليه حنين بن اسحق ورضى نقله وقادة فيه
8) Cf. etiam Ibn al Qifti, p. 74, 8 Lippert. 9) Cf. Ibn abi Usaibi'a, I 187, 12 10) Pauci tantum interpretes Arabici sermonem Graecum callebant, praeter Hunainum Qusta (Constans) ibn Luqa (Lucae filius) et Thabit ibn Qurra. Ishaq ibn Hunain et Hubaish paucissimas interpretationes Graeco-Syriacas sive Graeco-Arabicas Hunaino adiuvante confecerunt. 'Isae tantum versiones Syriaco-Arabicae attribuuntur. 11) Cf. e.g. Hunainus, l.l. nr. 33, 43, 44 etc. 12) Revera verba ذلك كله ita explicanda esse censemus. Si ea nota ad partes ab Hunaino antea translatas solas

Coniici igitur potest versionem Arabicam illam ab Ḥunaino in usum Muḥammadi ibn Mūsa confectam aut intercidisse aut ab ʿĪsa repperiri nequivisse; versionem autem Syriacam in ipsa Ḥunaini schola postea confectam esse, ex qua fluxit versio Arabica, quae nunc publici iuris fit. Quam versio-
5 nem Arabicam ʿĪsae attribuendam esse putamus; versionem illam Syriacam ipsius Ḥunaini opus esse demonstrare conabimur.

Ea coniectura aliis quoque argumentis fulciri potest (Ḥunainus l.l. nr. 103, p. 44, 16): « Galeni librum qui Ὅτι ὁ ἄριστος ἰατρὸς καὶ φιλόσοφος inscribitur... Ayyūb Edessensis Syriace verterat; quem ego postea in filii mei usum
10 Syriace verti et Arabice in usum Isḥāqi ibn Sulaimān; deinde ab ʿĪsa ibn Yaḥya in linguam Arabicam translatus est ». Pro Ḥunaini igitur versione Graeco-Arabica nova ʿĪsae ibn Yaḥya translatio substituitur[1]). Multo maioris autem momenti haec sunt (ibid. nr. 125, p. 51,6): « Galeni librum qui Εἰς τὸ πρῶτον κινοῦν ἀκίνητον inscribitur... regnante Wāṯiqo [2]) in usum Muḥammadi
15 ibn Mūsa [3]) Arabice verteram; quem postea Syriace verti, et ʿĪsa ibn Yaḥya eum Arabice vertit; nam [4]) codex manu scriptus quem ante verteram (scil. codex quo prior versio mea continebatur) interciderat ».

Cur illa et aliae Ḥunaini versiones interciderint, satis constat. Mutawakkilo enim regnante (232-247 H. = 847-861 p. Chr. n.) Ḥunainus in
20 odium caliphae venit et in vincula coniectus est. Bibliotheca eius confiscata est operumque ipsius maxima pars intercidit [5]). Versiones autem Arabicas illas quas Muḥammado ibn Mūsa dedicaverat, omnes ante id tempus editas esse putamus [6]). Contra Platonis Compendiorum versionem secundam ab ʿĪsa e Syriaco confectam, brevi ante Ḥunaini mortem [7]) inchoatam esse ap-
25 paret. Nam eius rei Ḥunainus ipse in illa Epistula, quam 241/855 composuit et 250/864 retractavit [8]), nondum facit mentionem; ex verbis autem quae amanuensis ille addidit et ex quibus Ḥunainum Rei publicae tantum

---

referenda esset, glossator هذا كله scribere debuisset. 1) Alia quoque opera in Hunaini schola compluries translata sunt; cuius rei ratio non semper eadem fuit. 2) Annos 227-232 H. (842-847 p. Chr. n.). 3) Scil. in usum eiusdem fautoris cui Platonis Compendiorum editio prima dedicata erat. 4) A Bergstraesseri versione paululum dissentimus. 5) Cf. Meyerhof l.l. 689. 6) Cf. imprimis Hunainus l.l. nr. 3: Hunainus librum Περὶ αἱρέσεων in usum Muhammadi ibn Musa transtulit, quando paucos supra quadraginta annos addiderat (i. e. post annum 234/848). Eum quadraginta quinque annos natum in vincula coniectum esse veri simile est. 7) Cf. Bergstraesser 1932, p. 33. 8) Cf. Bergstraesser 1925, p. 43.

Compendium emendavisse apparet[1]), ʿĪsae versionem non ante Ḥunaini mortem absolutam esse colligimus [2]).

Quibus stabilitis restat ut inquiramus, cur Ḥunainus Isaaci filius in codicis *E* folio primo Compendii interpres appellari possit — dummodo ne ea verba, quae in uno codice solo extant, a librario posteriore adiuncta sint[3]). Atque nihil obstat, quominus ʿĪsam verba quae *iḫrāǧ Ḥunain ibn Isḥāq* respondent iam in contextu Syriaco legisse putemus; quippe quae ad versionem Syriacam potius quam ad versionem Arabicam referenda esse opinamur. Accedit alterum argumentum a consuetudine sermonis Semitici ductum. Vox *iḫrāǧ* enim (verbotenus « eduxit ») nono p. Chr. n. saeculo nonnunquam « opus edere » vel « publicae rationis facere » significat, apud Ḥunainum vero « summaria conficere » (*aḫraǧtu ǧumalahā*)[4]). Vox « vertendi » ab eo vocabulis *tarǧama, naqala* et interdum voce *fassara*[5]) redditur ; voci *aḫraǧa* autem eam vim nunquam attribuit. Sed viri docti Syriaci vocem vertendi saepe verbi *nᵉfaq* (« exire ») forma causativa reddunt : *appeq* non solum « eduxit », sed etiam « transtulit » significare potest ; ܡܦܩܬܐ *mappaqᵉṯa* non solum idem ac « editio » valet, sed etiam pro libri cuiusdam versione vel translatione dicitur [6]). Ergo interpres Arabicus vocibus *iḫrāǧ Ḥunain ibn Isḥāq* verbi Syriaci vim primariam sensu non translato reddiderit.

III.

De ratione vertendi

Quamquam igitur Timaei Compendium Graecum non exstat, tamen e contextu Platonico cum versione Arabica collato saepe colligi potest, quibus philosophiae vocabulis Galenus usus sit [7]) et quo modo citationum Platonicarum singula cola coniunxerit [8]). Ergo etsi verba epitomatoris in linguam

1) Cf. supra, p. 18, 9. 2) Cf. ad nr. 69 : « Deinde eum (librum) Syriace verti et ʿIsa ibn Yahya versionem in usum Abu'l-Hasani confecit, quam approbavi. [Iste — scil. Hunainus — eum — scil. librum ab ʿIsa Arabice versum (aliter Bergstraesser ad l.) — cum textu Graeco contulit paene usque ad finem ; quam collationem Ishâq filius eius postea perfecit] ». 3) Hunaino saepe discipulorum versiones attribuuntur. 4) Cf. BERGSTRAESSER 1932, p. 41. 5) Ibid. p. 68. 6) Cf. BROCKELMANN, Lexicon syriacum[2] p. 441a ; PAYNE-SMITH, Thesaurus Syriacus col. 2428 (cf. 2424). Etiam verbi forma prima « verti » significare potest ; cf. BROCKELMANN p. 439 a ; P.-S. col. 2420 infra, et praeterea ZDMG 54 (1900) 389 : [illegible] 7) Cf. commentarium quem versioni Latinae subiecimus. 8) Cf. imprimis locos quibus verba Platonis

Graecam restitui nequeunt, tamen quid valeat versio Arabica non tam difficile est diiudicatu. Sed ne egregie labamur, ubicumque versio Arabica a verbis Graecis differre videtur, haec in discrimen adducenda sunt : 1° Aut Galenus a Platone discrepat [1]; 2° aut librarius codicis Graeci ex quo versio Syriaca fluxit culpandus est [2]; 3° aut interpreti Syriaco (quem Ḥunainum esse putamus) qui verba Graeca prave intellexit vitium attribuendum est; 4° aut peccavit interpres Arabicus (i. e. ʿĪsa Yaḥyae filius) qui linguae Syriacae ambiguitate quadam deceptus est; 5° aut quod vitium esse videtur, ex Arabico usu verborum repetendum est; 6° aut librariorum Arabicorum arbitrio tribuendum est, quod vitium interpretis esse putares.

Initium disputandi ab eis locis facimus, ubi interpres significatum Syriacum transtulisse videtur qui a sensu Galeni et Platonis penitus alienus est. Cap. XVd (p. ٢٠, 14-16): «Vocem autem definiens dixit: aëris qui in cerebro continetur est ictus in aure generatus; et videtur hic ictus usque ad animam transferri». Quae Tim. 67b2 quasi ad verbum reddunt : φωνὴν θῶμεν τὴν δι' ὤτων ὑπ' ἀέρος ἐγκεφάλου [τε] καὶ αἵματος μεχρὶ ψυχῆς πληγὴν διαδιδομένην. Verba igitur καὶ αἵματος textus Arabici verbis *wa yušbihu an yakūn* (verbotenus «et videtur esse») respondent, a quibus sententia quae sequitur incipit. Ita definitio Platonica in duas partes divisa est. Sed illud *wa yušbihu an yakūn* voci Syriacae respondere apparet, quae in utramque partem signicatione diversa dici potest. Vocem enim καὶ αἵματος interpres Syriacus recte voce ܘܕܡܐ («et sanguinis») reddidit; quam interpres Arabicus prave pro verbo ܘܕܡܐ («et simile est» sive «et videtur») intellexit. Quae cum ita sint, dubium non iam erit quin interpres Arabicus non idem sit atque interpres Syriacus.

Qua ratione factum sit, ut cap. IIb et XXIVc dialogi Platonici ab interprete «exercitationes» (*riyāḍiyyāt*) appellentur [3], simili modo explicare possumus. Nam interpres in versione Syriaca certo vocem ܕܘܪܫܐ invenerat, quae et de «exercitatione» (γυμνασία) [4] dicitur et nomen verbale a voce ܕܪܫ vel ܕܪܫ («disputare» διαλέγεσθαι) [5] ductum existimari potest. Vocem ܕܘܪܫܐ igitur idem quoque atque διάλογος valere non intellexit interpres Arabicus ab ancipiti signo in errorem tractus.

---

quasi ad verbum reddidit, e. g. cap. VI e-f; IX; XI c-d. 1) Cf. supra p. 6 sq.
2) Cf. supra p. 7, et infra p. 24. 3) Exspectandum esset *munāẓarāt* (vox Arabica antiqua) vel *muḥāwarāt* (vox recentior). 4) Cf. Brockelmann, p. 168 b infra; ibid. ܒܝܬ ܕܘܪܫܐ παλαίστρα. 5) Cf. etiam ܕܪܘܫܐ «investigator, disputator, *mutakallim*» (Payne-Smith,

Cap. XIII a (p. ١٨, 2) haec leguntur : « Corporibus enim quae unum ab altero disiunguntur et separantur, *propter ignis motus aciem* et eius subtilitatem et eius partium exiguitatem, affectiones accidunt calidae ». Quae his fere Timaei verbis respondent (61e1): τὴν δὲ λεπτότητα [τῶν πλευρῶν] καὶ γωνιῶν ὀξύτητα τῶν τε μορίων σμικρότητα καὶ τῆς φορᾶς τὸ τάχος... θερμὸν λέγομεν... 5 τὸ πάθημα· Verbis « propter motus aciem » (*li-ḥiddati ḥarakati*) Graeca τῆς φορᾶς τὸ τάχος reddita esse possunt; Galenum igitur, qui ubique corporum primorum formas geometricas non curat [1]), verba γωνιῶν ὀξύτητα omisisse statuendum esset. Sed ei opinioni haec obicienda sunt : 1° Galenus nusquam fere Platonis verborum commatumque ordinem simili modo com- 10 mutavit; 2° Radice *ḥdd* semper ὀξύ, ὀξύτης redditur, *ḥidda* pro τάχος non nisi hoc loco invenitur [2]) ; 3° Verba « et eius subtilitatem » (*wa lutfihā*) neque ad « motus » (*ḥaraka*) referri possunt neque sine magna difficultate ad « ignis » (*al-nār*). — Putari licet Galenum ὀξύτης τῆς φορᾶς dixisse. Sed nos opinamur *li-ḥiddati ḥarakati* verbis Graecis γωνιῶν ὀξύτητα respondere et 15 mendum Arabicum *ḥaraka* (« motus ») ex versione Syriaca fluxisse, quam interpres Arabicus male intellexit. Legit enim pro ܚܪܝܦܘܬܐ ܕܙܘܝܬܐ (*ḥarrīfūṯā ḏazʿwāyāṯā* = γωνιῶν ὀξύτητα), errore inductus, ܚܪܝܦܘܬܐ ܕܙܘܥܐ (*ḥarrīfūṯā ḏe zawʿā*).

Simili modo interpretis mendum quod cap. XXIIIc (p. ٢٣, 5) invenitur, intelligendum est. Verba « una ex his rebus quae illas duas concordes 20 reddunt, in eo est... » (*aḥad tilk al-ašyāʾ al-muṣliḥa li ḏainak* [3])) verbis Graecis μία δὴ σωτηρία πρὸς ἄμφω (88b6) respondent. Verisimile est interpretem Syriacum ܚܕ ܗܘ ܡܠܟܐ ܠܘܬ ܬܪܝܗܘܢ (« una quidem salus versus ambo ») scripsisse, quod interpres Arabicus, pro ܗܘ (« quidem ») ܗܘ (« ex ») [4]) et propterea pro ܡܠܟܐ (« salus ») ܡܬܠܟܐ (« concordes ») legens, inepte reddidit. 25

Cap. XIVb (p. ١٩, 3) verba « ad illam vim agentem » (*ʿalā tilk al-quwwat al-fāʿila*) verbis Graecis (ἐξαγγείλῃ) τοῦ ποιήσαντος τὴν δύναμιν (64b6) respondent ; *ʿalā quwwat al-fāʿil* exspectatur. Verba Syriaca ambigua culpanda sunt : ܠܘܬ ܚܝܠܐ ܗܘ ܕܥܒܕܗ

Etiam cap. IIc (p. ٥, 4 ; cf. ad l.), cap. VIb (p. ٩, 8) et VIe (p. ١٠, 11) 30 voces Syriacas ambiguas ab interprete Arabico male intellectas inepte versas esse putamus.

Thes. Syr. col. 954). 1) Cf. supra p. 12,23. 2) Cf. indicem verborum. 3) Cf. app. crit. ad l. 4) Cf. etiam J. TKATSCH, Die arabische Uebersetzung der Poetik des Aristoteles I (Ak. d. Wissensch. in Wien, phil.-hist. Kl. 1928), p. 207.

Cap. IXa (p. ١٣, 8) et cap. XIVb (p. ١٩, 4) interpretem Arabicum negationem ab interprete Syriaco recte intellectam prave vertisse apparet. Cap. IXc (p. ١٤, 4), cap. XVIIIe (p. ٢٥, 8) et cap. XXIVa (p. ٣٤, 1) interpres Arabicus verba tradita inepte amplificavit. Praeterea vitia quae ad cap. VIe
5 (p. ١٠, 9), VIg (p. ١١, 4), XVa (p. ٢٠, 3) et XXc-d (p. ٢٨, 5) notata sunt, versioni Syriacae attribuenda esse opinamur quae aut in se ambigua fuit aut ab interprete Arabico non recte intellecta est.

* * *

Ḥunainus, quamquam Galeni modum dicendi optime cognovit, tamen difficultates quas verba ipsius Platonis praebent non tam feliciter supe-
10 ravit[1]). Itaque saepe, quando contextum Graecum Syriace interpretatus est, mendis quae in codice ab eo excusso exstabant deceptus est. Sic cap. IXc (p. ١٤, 5) ποιοῦν pro ποι ἰόν (52a3) legit ; cap. XIc (p. ١٦, 8) ἄλλοις pro ἀλλήλοις (59e7) ; cap. XIIIb (p. ١٨, 6) ἄλλα pro ἄλληλα (62b8) ; cap. XIVb (p. ١٩, 4) ἴσον pro ἰόν (64c1) ; ib. (p. ١٩, 6) τὸ πάθος pro τὸ παθόν (64c4) ; cap. XIVd
15 (p. ١٩, 14) ἄπαν ⟨ἀν⟩αίσθητον pro ἄπαν αἰσθητόν (64d4) ; cap. XVIIe (p. ٢٤, 1) μή pro πῃ (71e1) ; cap. XVIIIe (p. ٢٥, 8) πῦρ τὸ θεῖον pro πυρὶ τὸ θεῖον (76b2). Utrum cap. IXb (p. ١٣, 10) δύο ⟨εἴ⟩δη ex codice illo Graeco deprompserit an ipse coniecerit, diiudicare nequimus [2]). — Alia erroris origo patet cap. Ia. Verba enim « De re publica et de veteribus Atheniensibus et de Atlantidis insulae
20 incolis » his fere verbis respondere credimus : Περὶ τῆς πολιτείας καὶ τῶν παλαιῶν Ἀθηναίων καὶ τῶν ἐν τῇ Ἀτλαντίδι νήσῳ οἰκούντων. Interpres igitur duas coniunctiones καί.... καί male interpretatus tres illos genetivos perperam a praepositione περί pendere voluit [3]) — Cap. IXd oratio non bene distincta ab eo obscurissime reddita est.
25 Interpres fidem Christianam ipse professus in usum lectorum aut Christianorum aut Muhammedanorum versiones suas confecit. Qua re factum est ut verba Galeni ab eo saepe fidei novae accomodata sint. Sic e.g. dei

1) Cf. quod peccavit in Theaeteti loci (178 c) versione quae apud GALENUM, De nominibus medicinalibus p. 33,18 (versio) Meyerhof-Schacht exstat. 2) Cf. supra, p. 7, 10. 3) Huius loci emendationem quam B. MEISSNER temere proposuit (Sitz. - ber. Preuss. Ak. Wiss. phil.-hist. Kl. 1935, XII, p. 209) haud accipiendam censemus.

inferiores, de quibus Plato in Timaeo loquitur, compluribus locis in angelos commutantur (cap. VIa ; VIIa 1 ; IXb-c)[1]. Alibi (e.g. cap. XVIIa4, b4, c1, e1; XVIIIa1, c4, f4, g1) pro voce θεοί, vel pro plurali numero qui in contextu Graeco exstat, vox *Allāh* sive *al-ḫāliq* («creator»)[2] — benedictione Muhammedana plerumque addita [3] — vel verbi numerus singularis substituitur. Ultro voces « creare » (*ḫalaqa*), « creatio » (*ḫalq*) et « creator » (*ḫāliq*) saepe ab interprete usurpantur, ab ethnicorum modo dicendi plane aliena (Cf. indicem arabico-graecum s.v. *ḫalaqa* et *ǧaʿala*).

Interpres Arabicus saepe duo vocabula καθ' ἑνὸς ὑποκειμένου posuit. Eiusmodi autem versiones duplicatas plerasque — quibus aliae quoque interpretationes Arabicae scatent [4] — iam in versione Syriaca usitatas esse veri simillimum est [5]. Difficile enim est notiones Graecas uno vocabulo Syriaco sive Arabico exprimere ; praeterea sermo Semiticus ad voces synonymas duplicandas facilior est. Plerumque autem una vox Graeca ab interprete ita iteratur, ut duae notiones inter se coniungantur, quarum altera nomen rei reddat, altera rem ipsam indicet [6]. Interdum altera vox alteri subicitur [7] ; rarius vox Arabica additamento quodam adverbiali amplificatur [8]. Sic e.g.

---

1) Cf. indicem arabico-graecum s.v. *malʾak*, et commentarium ad cap. VIa. — Vide etiam RITTER, Vortr. Bibl. Warburg I (1921) p. 100; KRAUS, RHR 113 [1936] 211; WALZER, Studi It. Fil. Cl. N. S. 14 [1937] 128 s. 2) Vocem ποιητής sive δημιουργός interpres monotheista sicut omnes interpretes Arabici ita reddidit, inverso modo atque interpres Graecus in primo Bibliae versu vocem Hebraicam *creavit* voce ἐποίησεν vertit. 3) Eae benedictiones a librario Arabico additae esse possunt, eo magis quod interdum desunt (*al-ḫāliq* p. ٥, 2. 8; ٧, 10. 15; ٢٦, 2 ; *Allāh* ٢٣, 5 ; ٢٥, 1 ; ٣٤, 5). Verba benedicendi sunt : *taʿālā*, *tabāraka wa taʿālā* et *ʿazza wa ǧalla* . 4) Cf. BERGSTRAESSER, Hunain ibn Ishaq und seine Schule, passim, praecipue p. 51; J. TKATSCH, Die arabische Uebersetzung der Poetik des Aristoteles I 159-160. 5) Cf. indicem graecum s.v. ἄγριος ἄδικος ἀθρόος ἀμαθέστατος ἀντιτυπώτατος ἀρχή ἀτάκτως αὐξάνεσθαι βαίνειν (βάσις) βέβαιος βέλτιστος βίος βούλευσις γενέσθαι δέλεαρ δεύτερον διὰ βραχέων διαθεσμοθετεῖν διακοσμεῖν δυσκίνητος ἕδρα (ἑδραῖος) εἴλλεσθαι ἐπίπεδον εὐπαράγωγος εὐκίνητος εὑρεῖν ζεῖν κρατεῖν λύπη σύμμετρος συμπιλεῖν σύννομος τάξις φθόνος ὑπείκειν. 6) Sic ٢٢, 15 διακοσμεῖν vocibus *zaḫrafa wa naẓama* («exornare et ordinare») redditur; prima voce nominis significatus Graecus exprimitur (κόσμος ab auctoribus Arabicis interdum voce *zīna* («ornatus») explicatur ; cf. Ps.-GAHIZ, *k. al-dalāʾil waʾl-iʿtibār*, p. 74, 4). Eodem modo αὐξάνεσθαι : *namā wa tazayyada* (٢٧, 1). 7) Cf. *tadbīr ḥayātihī*: βίος ١٠, 9-10 ; vocem ἐπίπεδα interpretaturus (٦, 4), interpres vocem *al-suṭūḥ* («superficies») adiectivo *al-basīṭa* («planae») addito amplificat. 8) Vocem εὑρεῖν interpretaturus, interpres verbum *waǧada* («invenire») bis additamento adverbiali

ad vocem βίος explicandam non solum vocem *sīra* (٢٣, 15) posuit, sed etiam duo vocabula copulata (*tadbīr wa ḥayāt* (« regimen et vita »)), vocem *ḥayāt* solam ampliori vocis βίος significatui non plene congruere arbitratus (١٠, 6 sqq.); praeterea l. 9-10 pro βίος *tadbīr ḥayātihī* (scil. regimen vitae suae) dicit et utrique nomini aliud verbum assignat (*lam yakun kaḏālika* et *aḫṭaʾa* — quae vocem σφαλείς per conduplicationem reddunt). P. ٢٣, 15 ἀδίκως affirmative et negative duobus nominibus et duobus verbis exprimitur (*taǧāwaza al-ʿadl wa'staʿmala al-ǧawr*). P. ٢٥, 12-13 vox εἰλλόμενον pluribus ita circumscribitur: « (1°) ita ut (intra pellem) retineatur et (2°) ab utraque parte trusus exsurgat ». Sed eo loco non nisi vox « retineatur » verum vocabuli Graeci significatum reddit; verba inepta « ab utraque parte trusus exsurgat » altero vocis εἰλλόμενον significatui congruunt, quem interpretem Syriacum e glossario quodam sumpsisse censemus [1]). In idem genus nonnulli loci consimiles cadunt. Qua de re locum illum ١١, 4 sq., cuius condicionem desperatam iam supra exposuimus [2]), vocis διαθεσμοθετήσας inepta versione duplicata — nescimus an ab interprete Arabico inlata — ita depravatum esse credimus, ut ad veritatem restitui nequeat. P. ١٠, 9 interpres Arabicus vocis σύννομος versionem Syriacam duplicatam prave reddidisse videtur. Ceterum illae hendiadyades non constanter usurpantur, ut collatis locis ١٨, 7 (*tanqabiḍ wa tataḍāmm*) cum ١٨, 5 (*yanqabiḍ* solum), sive ١٠, 7 (*mustawliya qāhira*) cum ١٠, 6 (*mustawlī* solum) demonstratur [3]). Contra semel tantum duae voces Graecae una notione Arabica satis apte exprimuntur (٧, 5-6 : ἄτακτον καὶ ἀόριστον : *ʿalā ġairi niẓām maḥdūd*) [4]).

Vocabula composita, quae neque Syri neque Arabes imitari poterant,

---

ʿala'l-ḥaqīqati («revera») amplificat (٥,2), vocem *waǧada* solam — quae etiam « sentire » significat — nimis ambiguam esse ratus. Similiter δεύτερον : *ṯānī baʿdahu* (١٦,7) sive *ṯānī baʿda ḏālika* (١١,12). Adverbium duplex : ἀθρόον : *ǧumlatan fī dafʿatin* (١٩,12). Cf. praeterea *ṯumma baʿda ḏālika* («deinde postea»), saepissime.

1) Cf. infra ad cap. XVIIIe-f.— Cf. etiam ad cap. XIXd1 (δρύοχος).

2) p. 14, 1 sqq.

3) P. ٢٢, 19 sqq. (cap. XVIIb) duabus vocibus Graecis θάρρος καὶ φόβος (69d2) collatis, interpres unamquamque vocum δέλεαρ et λύπαι et ἐλπίς, quae in ipso contextu inveniuntur, per conduplicationem reddidit. — P. ٥, 11 (cap. IId ; cf. ad l.) dubitari potest an hendiadys statuenda sit.

4) Additamenta quaedam explicativa iudicanda sunt haec : ἶνες : *al-sulūk allatī fi'l-dam* (٢٧, 16 ; sed cf. ٣١, 5) ; δυσεντερίαι : *al-qurūḥ allatī takūn fi'l-amʿāʾ* (٣١, 8) ; ἔνυδρον : *al-sābiḥ allaḏī yaʾwī al-māʾ* (٨, 13 ; aliter ٣٦, 8) ; θηρίον : *al-ḥayawān al-barrī* (١٠,12); ῥεύματα : *al-mawādd allatī tanṣabb ilaihā* (٣٠, 2).

saepe pluribus vocabulis egregie explicantur. ἀ- privativum negationibus *lā* [1]) sive *bilā* [2]) sive *(bi)-ġair* [3]) additis exprimi iam ex aliis versionibus satis constat [4]). Syllabae praefixae εὐ- et δυς- vocibus *sahl, suhūla* [5]) et *ʿasir* [6]) bene redduntur. Praepositiones περι- et ἐν- cum vocabulis subsequentibus coniunctae vocibus *ʿalā-(l)-istidāra* [7]), *ʿalā dawr* [8]), *al-muḥīṭ bi* [9]) sive praepositione *fī* [10]) circumscribuntur. Sed δια- verbo *ǧāwaza* reddere conatus (١١, 4), lapsus est interpres. Cf. praetera indicem graeco-arabicum s.v. που, μάλιστα, ἕνεκα, διά, ὑπό etc.

Lingua Syriaca non locupletior est quam Graeca sed satis inops. Ḥunainus ipse e.g. in glossemate, quod libri qui De medicinali experientia inscribitur margini adposuit [11]), se voces ἐπιθυμία et ἔρως Syriace distinguere non posse adnotavit. Ita factum esse videtur ut etiam in Timaei Compendii versione Arabica eae duae voces diversae eodem vocabulo, scil. *šahwa*, redditae sint, quamquam sermo Arabicus verbis cognominatis abundet [12]). Simili modo *ḥaraka* idem atque κίνησις et φορά et περίοδος valet, *taǧwīf* non solum διάκενα sed etiam σήραγγες appellantur. Voce *ġalaba* et κρατεῖν et ὑπερβολή redduntur ; κόσμος et τὸ πᾶν eadem voce *ʿālam* comprehenduntur [13]).

Interdum contra uni et eidem vocabulo Graeco diversa nomina Arabica respondent. Certo nonnunquam Syrorum et Arabum sermo philosophicus, qui sibi non constat, culpandus est [14]). Sed plerumque ea re iudicium interpretis patet, qui Semiticae linguae peritissimus re diligenter perpensa verba

---

Cf. etiam νωθέστερον : *abṭaʾ ḥarakatan* (٣١, 11). 1) ἀθάνατον *lā ʾamūt* (٢٢, 17) ; ἀνώλεθρον : *lā yabṭul* (١٤, 4) ; ἀστραβής : *lā ʿawaǧa fīhā* (٢٤, 6). 2) ἄνους : *bilā ʿaql* (٥, 13). 3) ἀναίσθητον : *ġair maḥsūs* (١٩, 6) ; ἀκίνητον : *ġair mutaḥarrik* (١٩, 6) ; ἄλογον : *bi-ġair qiyās* (١٤, 1); ἀνωμαλότης: *bi-ġairi'l-istiwāʾ* (١٨, 13). 4) Cf. Tkatsch, o.l. I 161.—Praeterea cf. ἀμαθία : *qillat al-adab* (٣١, 17) ; ἄλογος : *ʿadīm li'l-nuṭq* (٢٣, 3). Cf. etiam πρᾶος : *aqall ġāʿilatan* (٢٨, 16 ; ٢٩, 5). 5) Cf. indicem verborum s.v. εὐκίνητος, εὐπαράγωγος. Mentione dignum est vocem εὖ vocabulo *marḍiyya* reddi posse (١٠, 8). 6) Cf. indicem verborum s.v. δυσκίνητος, δυσπαραμύθητος, δύσπεπτος. Sed cf. δυσμαθία : *ibṭāʾ al-taʿallum* (٣٢, 4). 7) E. g. ١٧, 14; cf. ٣, 3. 8) E. g. ٢٦, 11. 9) Cf. ٦, 6. Eodem modo περί tamquam praepositio ٢٨, 1 ; sed aliter ٢٠, 1 ; ٣١, 15. 10) E. g. ٣٠, 6. 11) Cap. XVI Walzer.

12) *afḍal* non solum ἄριστον (saepe), sed etiam κρεῖττον (١٠, 1) et εὐδαίμων (١٠, 10) reddere potest. Vocem θεοσεβέστατον voce *afḍal ʿinda'l-ḫāliq* (٩, 16) inepte vertit interpres. 13) Cf. etiam indicem s. v. *nafaḏa, nawʿ, taġayyara, raṭib, ḏāba, muḫtalif, baraza, iḥtaqana, ḥalaqa*... 14) Cf. λύπη : *aḏā* et *alam* (quo vocabulo etiam πάθος redditur) ; ἀλγεινός : *muʾḏī* et *muʾlim* ; χαλεπός : *ṣaʿb* et *ʿasir*; γίγνεσθαι : *tawallada* et *ḥadaṯa* ; ὑπερβολή : *ġalaba* et *al-muǧāwiz li'l-miqdār* (cf. ٣١, 18); βίος : *sīra* et *tadbīr*

Graeca ad verbum exprimere consilio aspernatus est. Sic e.g. σῶμα, quando corpus animans significat, nunquam voce *ǧism* sed voce *badan* vertitur. Voci νέος et *ḥadaṯ* («novus») et *ṭarī* («recens») respondent. Φύσις *ṭabīʿa* appellari solet, sed φύσει et κατὰ φύσιν voce *ṭabʿ* redduntur. Λόγος quando «sermonem» significat *nuṭq* dicitur, alibi autem *qiyās*. Et *dāʾiman* («continue») et *abadan* («in aeternum») idem atque ἀεί valent (cap. I d; cf. commentarium ad locum). Δόξα sola *ẓann* dicitur, sed ἀληθὴς δόξα vocibus *al-fikr al-ḥaqīqī* redditur[1]). Duo vocis εἶδος significatus (scil. «forma» et «species») sicut alibi vocibus *ṣūra* et *nawʿ* redduntur. Sed cap. IX interpres Arabicus — haud scimus an a vocabulo Syriaco ambiguo *edšā* profectus et «generibus» ١٣, 6 commemoratis deceptus — εἶδος («forma») saepius voce *nawʿ* («species») reddidit et ita effecit, ut idearum doctrina iam apud Galenum sensim obscurata [2]) agnosci non iam possit.

Quando sententiae Graecae Syriace vertendae erant, interpreti non semper enitendum erat, ut omnia omnino verba eo prorsus quo dicta erant modo verteret, quamquam ad verborum Graecorum structuram saepe se applicare et particulis ex sermone Graeco sumptis uti poterat. In sermone Arabico contra sententiarum Graecarum configuratio conservari non poterat, nisi quis verba auctoris Graeci plane obscurari voluisset [3]). Itaque consentaneum est Galeni interpretem Arabicum una cum ceteris Ḥunaini assectatoribus interdum a verbis Graecis aliquantum recedere, ut auctoris cogitationem melius assequatur voluntatemque eius accuratius interpretetur. Si versionis vitia aperta omittimus eamque non nisi ex sermone Arabico aestimamus, eam modo claudicantem modo paululum amplificatam tamen feliciter evenisse non negabimus.

E.g. participia Graeca quasi semper recte circumscribuntur coniunctionibus aut *mata* (cf. ١١, 4 ; ٢٠, 11 ; ٢١, 3) aut *lammā* (cf. ٩, 12 ; ١٠, 1 ; ٢٤, 13) aut *iḏā* (cf. ٩, 15 ; ١٩, 4 ; ٢٨, 10). Secundum Arabicae orationis leges, nominibus quae articulo carent aut partem rei indicatae significant, numerus pluralis vocabulo *min* praeposito subiungitur: *nawʿ min anwāʿ al-nafs* (٢٢, 10); *fī waqt min al-awqāt*, cum negatione antecedente = οὐδέποτε (٥, 10); *min ǧiha min al-ǧihāt* = τρόπον τινά (٩, 10); cf. etiam *šayʾ min al-ašyāʾ* (saepissime). Ubi Galenus adiectivis vel participiis pro nominibus utitur,

---

wa ḥayāt (cf. supra p. 26, 2) ; κρατεῖν : *ġalaba* et *istawlā*. 1) Sic ١٣, 6. Sed cf. ٨, 4.
2) Cf. supra p. 9. 3) Cf. Artis Poeticae versionem Arabicam.

interpres saepe nomina Arabica addit, quibus sententiam relativam aut adiectivum subicit [1]). Frequentissimus in isto genere vocis *šay*ʾ («res») [2]) usus est, quae semel [3]) tantum pro voce τι dicitur.

Saepe nomina [4]) vel verba [5]) antecedentia repetuntur. Praeterea etiam singula [6]) aut plura [7]) vocabula adduntur, quae tamen sententiarum significatum raro immutant [8]).

IV.

Descriptio codicum

Timaei Compendium in duobus codicibus Constantinopolitanis recentioris aetatis extat, quos H. Ritter nuper repperit [9]).

A = Aya Sofya 2410 ; 23 folia ; 18×12 cm. ; 15 lineae ; nasḫī ; codicis aetas anno 900 H (1500 p. Chr. n.) circumscribi potest. Codex continet : 1° [fol. 1ᵛ-19ʳ] Timaei Compendium [incipit *bismi-Llāhi'l-raḥmāni'l-raḥīm*, sine inscriptione] ; 2° [fol. 19ʳ-23ᵛ] *maqāla li'Flāṭūn al-ḥakīm fi'l-siyāsa* («Platonis De re publica tractatus») — quem tardae aetatis Arabicae pseudepigraphum esse dolemus. In codicis primo folio (1ᵃ) haec legimus: *kitāb Iflāṭūn*[10]) *al-musammā bi-Ṭīmāwus fi'l-ḥikmiyyāt wa risāla maqālat Iflāṭūn fi'l-siyāsa*. Sed notio *fi'l-ḥikmiyyāt* («de rebus philosophicis»), quae Compendii inscriptioni falsae («Liber Platonis qui Timaeus

---

1) Cf. البقايا التي بقيت τὰ ὑπόλοιπα (٩, 9) ; الاعراض التي تعرض : τὸ...ἰόν (٣٠, 15) ; العضو الذى يفهم به : τὸ φρόνιμον (١٩, 2). 2) E.g. الشيء اللزج الدسم : τὸ γλισχρὸν καὶ λιπαρόν (٢٧, 17) ; الاشياء التي تجلو : τὰ ῥυπτικά (٢٠, 4) ; الشيء الموجود : τὸ ὄν (٤, 3) ; الاشياء اللذيذة والاشياء المؤذية : τὰ ἡδέα καὶ τὰ ἀλγεινά (١٨, 14). Praecipue الشيء الذي ينقسم : τὸ ... μεριστόν (٧, 2), aliter ٦, 14 (τῆς μεριστῆς). Cf. etiam الشيء الذي من اجله : τὸ οὗ ἕνεκα (٥, 7) ; Similiter امر اللذة : τὸ τῆς ἡδονῆς (١٩, 10). 3) Cf. ad cap. XVb1 (p. ٢٠,5). 4) Cf. e.g. ٢٠, 14 (عضو) ; ٢٠, 15-16 (قره) ; ٢١, 8 (ذلك اللهيب) ; ٢٢, 5 sq. (لون ; cf. ٢٨, 11) ; ٢٤, 12 (ذلك العجين) ; ٢٥, 6-7 (تلك الشؤون) ; ٢٥, 8 (هذا الثقب) et saepius. Cf. etiam ٩, 12 (عددها كعدد). 5) E.g. ٢١, 9-10 (برز) ; ٣١, 8-9. Cf. etiam ٢٤, 12 (sententia Graeca verbo caret) ; ٢٥, 11 (الذى خرج منه) ; ٢٧, 1 (ما يجرى اليها) 6) E.g. ٣, 11 (كون) ; ١٥, 7 (هذه التي ذكرت : ταῦτα) ; ٢٨, 3 (على ما وصفنا : κατὰ ταῦτα) ; ٢٨, 12-13 (جميع هذه الاصناف : πᾶσι τούτοις) ; ٣٣,14 (للانسان) 7) E.g. ١٤, 6 واذا كان هذا على ما وصفنا فقد يجب (versio inepta) ; ٢٧, 14-15 على النحو الذى قلنا ان الامراض الاول تكون عنه (ᾗπερ τὰ πρόσθεν) ; ٢٥, 1 لامرين احدهما...... والآخر . 8) Cf. ١٩, 11 (add. كل) ; ١٠, 8 (add. جميع) ; ٢٧, 4 (add. بدن) ; ٢٠, 6.9 (add. أجزاء ; cf. ٢٤, 11 ; ٢٩, 7). 9) Cf. H. Ritter - R. Walzer, Arabische Uebersetzungen griechischer Aerzte in Stambuler Bibliotheken (Sitz.-Ber. Preuss. Ak. d. Wiss., phil.-hist. Kl. 1934, p. 818, 837, 842). 10) In manuscripto ipso nomen Platonis sine *w* (فلاطن sive افلاطن) scribitur. افلاطون scriptura vulgaris esse videtur. Cf. etiam Bergstraesser

vocatur ») [1]) subiungitur, inscriptio Graeca ex re imposita putanda non est. Immo vero codicis librarii aetate scripta philosophica a bibliothecariis voce *al-ḥikmiyyāt* appellata esse videntur. Idem in codicis *E* primo folio offendimus *(maǧmūʿa min rasāʾil fī'l-ḥikmiyyāt)*.

5 *E* = Esʿad 1933 ; 236 folia ; 25×16 ½ cm. ; 19 lineae ; nasḫī ; codice *A* paulo vetustior. Inter varia magni pretii scripta [2]) fol. 149ʳ-161ᵛ Timaei Compendium exaratum est, *kitāb Iflāṭun al-musammā Ṭīmāwus iḫrāǧ Ḥunain ibn Isḥāq* [3]) inscriptum.

Codices *A* et *E* tam similes sunt [4]), ut non ex ipso archetypo, sed inter- 10 cedentibus aliis codicibus tamquam pronepotes existimandi sint [5]). Plerumque *E* melior est [6]), sed nonnulla quoque vitia propria habet [7]). Exemplar ex quo uterque fluxit corruptum non solum saepe singula verba omisit [8]), sed etiam nonnunquam lacunas maiores ex homoeoteleuto ortas praebuit [9]). Interdum singula verba interpolantur [10]) et commatum ordo immutatur [11]). 15 Quod ad ceteras corruptelas attinet, lectorem ad apparatum criticum textui subiectum delegamus [12]). Litterarum forma quibus exemplar exaratum erat ex erroribus nonnullis restitui potest [13]). Quae cum ita sint, coniecturae quas adhibuimus interdum incertae sunt [14]) et plures loci sanari non poterant [15]). Unum tantum capitulum in posterioris aetatis opere Arabico 20 excerptum invenimus [16]).

1925, p. 50, 3. 14 : Bergstraesser 1932, p. 23. 1) Cf. supra p. 3, 16 sq. 2) Cf. H. Ritter, Philologika IX in Der Islam XXV, 1938, pp. 61-62. 3) Cf. supra p. 18 sq. 4) Plerique errores graves eis communes sunt. 5) Lacunae in *A* : pp. ٣, 8 ; ١٢, 13 ; ١٤, 12 ; ١٥, 9. Lacunae in *E* : pp. ١١, 14 ; ١٧, 15 ; ٣٢, 1. 6) Cf. pp. ٥, 9 ; ٦, 11 ; ٨, 8 ; ١٢, 1 ; ١٥, 10 ; ١٦, 8 ; ١٧, 16 ; ٢٢, 10 ; ٢٢, 18 ; ٢٤, 17 ; ٢٦, 14 ; ٢٦, 16 ; ٢٩, 5 ; ٣١, 12 (bis) ; ٣٢, 7. 7) Cf. pp. ٨, 14 (bis) ; ١٠, 6 ; ١٤, 10 ; ١٥, 9 ; ٢٤, 4 ; ٢٤, 15 ; ٢٩, 3 ; ٣٠, 13. 8) Cf. pp. ٨, 14 ; ٩, 14 ; ١٢, 4.13 ; ١٣, 7 ; ١٦, 10-11 ; ٢٠, 5 ; ٢٢, 6 ; ٢٤, 13 ; ٢٦, 1 ; ٢٦, 7 ; ٢٧, 11.13 ; ٣٠, 11. 18. 9) Cf. pp. ٣, 16 ; ٧, 1 ; ١٠, 1 ; ١٢, 7-8 ; ١٦, 1 ; ١٧, 4-5.12 ; ٣٤, 7. Cf. etiam ٦, 14 ; ٢١, 2. 10) Cf. pp. ٥, 2 ; ١٩, 10.15 ; ٢٣, 3 ; ٣٠, 17. Probabiliter etiam p. ١١, 4 (*al-ṣawāb*). 11) Cf. p. ٥, 10-11 ; ٢٦, 10 ; ٢٨, 5 ; ٣٠, 1-2. 12) Cf. praecipue ٣, 15 ; ٦, 8 ; ٧, 4.11 ; ٨, 16 ; ٩, 16 ; ١١, 5-6. 14 ; ١٣, 7 ; ١٥, 12 ; ١٩, 12-15 ; ٢٠, 3 ; ٢٥, 8 ; ٣٠, 13 ; ٣٢, 8. 13) Errores كذلك pro لذلك (p. ٥, 10) et لذلك pro كذلك (p. ١٨, 11 ; p. ٦, 11) et alibi saepius occurrunt. Cf. etiam ملون pro مكون (p. ١٣, 4 ; ٢٠, 15) ; اللبد pro الكبد (p. ٢١, 1) ; يسلبه pro يسكنه (p. ٢٤, 9). Ex اليها pro لانها (p. ٢٧ 6), اراها pro اوانها (p. ٢٩, 14), جرمه pro عروقه (p. ٢٠, 3) et متصلا pro مدوّرا (p. ٦, 8) exemplaris scriptura cursiva colligi potest ; cf. etiam مستحيلة pro تحله (p. ٦, 8).
14) Sic e.g. ٣, 15 ; ١٤, 8 ; ١٥, 7-8 ; ١٦, 12 ; ١٧, 7 ; ١٨, 5-7 ; ٢٩, 12. 15) E. g. ١١, 4 ; ١٣, 3 ; ١٤, 7 ; ١٥, 13 ; ٢٠, 12 ; ٢١. 2 ; ٢٢, 3 ; ٣٤, 7. 16) Cf. p. ٣٢, 1 ss.

SUMMARIA

LIBRI QUI

TIMAEUS

INSCRIBITUR

DE SCIENTIA NATURALI

CLAVIS SIGLORUM

[ ] : seclusimus in textu Arabico

< > : addidimus in textu Arabico

( ) : addidimus explicandi causa

r

In nomine dei clementis misericordis

a I. Dixit Galenus: In libro suo qui *Timaeus* inscribitur, Plato de mundi et animalium quae in eo sunt generatione disserere sibi propositum fecit. Neque vocem mundi a caeli voce distinctam habuit, caelum existimans orbiculatum corpus quod orbiculatim se movet.

Titulus quem p. 31 restituimus, non exstat nisi in Ḥunaini Epistola de Galeni operum versionibus Syriacis et Arabicis, no. 124 (cf. Testimonium 2, et praef. p. 1 ss.). Galenum haec fere scripsisse putamus: Τιμαίου σύνοψις περὶ φυσιολογίας [*sive* περὶ φύσεως *sive* φυσικοῦ]; *cf. praef. p. 1, n. 1, et p. 2, n. 9. — Titulos qui in codicibus Arabicis exhibentur parum accurate redactos esse iam in praefatione, p. 3. 16 ss., demonstravimus. Cod. A :* Liber Platonis qui *Timaeus* nuncupatur [de rebus philosophicis] (*cf. praef. p. 29, 18 s.*) ; *cod. E* : Liber Platonis qui *Timaeus* nuncupatur, interprete Ḥunaino Isaaci filio. — *De Ḥunaino interprete, cf. praef. p. 18, 1 ss.*

In nomine. . . . misericordis] *Addiderunt codicum librarii Muḥammadani (cf.* G. Bergstraesser, *Ḥunain ibn Isḥāq, Ueber die syrischen und arabischen Galenuebersetzungen, Abh. f. d. Kunde d. Morgenl. XVII 2, Lipsiae 1925, p. VII). Vide etiam subscriptionem (praesertim in codice A).*

I. 1) Galenus] *Cf. praef. p. 3, 23 ss.*

2) propositum] *Cf.* Ioannes Philoponus, *De aetern. mundi, p. 135, 22 Rabe :* ἐν τοίνυν τῷ Τιμαίῳ ἔστιν μὲν ὁ πᾶς τῷ Πλάτωνι σκοπὸς περὶ τῆς τοῦ κόσμου γενέσεώς τε καὶ φύσεως διδάξαι. Proclus, *In Tim. I, p. 1,1-4,7 Diehl (In Remp. I, p. 7,5-14,14 Kroll);* Anon. *Proleg. in Plat. phil. c. XXI-XXIII, p. 214 ss. Hermann;* Chalcidius, *Comm. in Tim., p. 71, 20 Wrobel* : rationem tamen totius operis et scriptoris propositum. — *V. etiam* Praechter, *Byz. Zeitschr. XVIII (1909), p. 530 ss.*

3) distinctam habuit] *Cf. Tim. 28b3 :* ὁ δὴ πᾶς οὐρανὸς ἢ κόσμος ἢ καὶ ἄλλο ὅτι πότε ὀνομαζόμενος ; *Polit. 269d6 :* ὃν δὲ οὐρανὸν καὶ κόσμον ἐπωνομάκαμεν. — *Cf.* A. E. Taylor, *A Commentary on Plato's Timaeus, Oxonii 1928, p. 65 ss.*

caelum existimans] *Vocabulum* οὐρανός *plura significare posse iam* Aristoteles, *De caelo, α 9, 278 b 11 ss. Bekker, admonet ; cf. etiam* [Plato], *Epinomis, 977 a-b ; 987 b ;* Aristoteles, *fragm. 26 Rose* (Walzer, *Aristotelis dialogorum fragmenta, Florentiae Tusc. 1934, p. 92) ;* Alexander Aphr. *ap.* Simplic. *In Arist. De caelo, p. 1,1ss. Heiberg* ; Chalcidius, *In Tim. p. 169,9ss. Wrobel* ; Proclus, *In Tim. I, p. 273,19ss. Diehl.*

4) orbiculatum. . . . se movet] orbiculatum corpus *vocis Graecae* κυκλοτερὲς [*aut*

5 Huius libri initio sermonis enarratio continetur, quem Socrates et Critias de re publica et de veteribus Atheniensibus et de Atlantidis insulae incolis — de quibus Critias se locuturum esse pollicetur, postquam Timaeus **b** sermonem suum peregerit — inter se habuerunt. Deinde postea Plato Timaeum disserentem introduxit, non interrogandi et respondendi modo, 10 sicut in Socratis sermonibus quos libri Platonici complectuntur fieri solet, sed totum sermonem soli Timaeo attribuit. Nos autem eas notiones quas Timaeus in hoc libro expressit non eadem ratione in artum coëgimus qua in ceteris (Platonis) libris usi sumus, quorum notiones in artum coëgimus. In illis enim libris sermo eius abundans et diffusus (fuit), in hoc autem libro **c** 15 brevissimus est, tam a constricto et obscuro sermone Aristotelis quam a diffuso illo quem Plato in reliquis suis libris (adhibuit) remotus. Si autem in oratione aliquid constricti et obscuri inesse putas, hoc perpaucum esse

---

5-8) PLATO, *Timaeus 17a-27b*

σφαιροειδὲς] σῶμα (*cf. 33 b 5-6) interpretationem esse suspicari potuisses. Sed* corpus quod orbiculatim se movet *Graecum* κυκλοφορικὸν σῶμα (*cf.* SIMPL. *In Arist. De caelo, p. 1, 2) aut* κυκλοφορητικὸν σῶμα (*ibid. p. 2, 7) aut* κύκλῳ φερόμενον σῶμα (*cf.* ARIST. *De caelo, 278 b 28) reddere videtur. An Galenus* κύκλῳ περιφερόμενον *aut* κύκλῳ περιστρεφόμενον σῶμα (*cf. 34 a 4-5) scripserit ? Cf. etiam praef. p. 27, 6.*

5) huius libri initio] *Cf. praef. p. 5, 15 ss. et n. 3 ; v. etiam* CHALCIDIUS, *In Tim. p. 71, 17 :* Denique de principio libri quo simplex narratio continebatur rerum ante gestarum et historiae veteris recensitio nihil dixi.

enarratio] ἱστορία ? *Cf.* ANON. *Prol. c. XIX, p. 213, 12 ss.*

6-7) et de veteribus. . . . incolis] *Mendum interpretis ; cf. notulam quam textui Arabico, p. ٣, ad l. 5, subiecimus. V. etiam praef. p. 24, 18 ss.*

7-8) de quibus. . . . peregerit] *Cf. 27a-b.*

8) deinde postea] *Versio duplex* (εἶτα) ; *cf. praef. p. 26, n.*

9) interrogandi et respondendi] *Cf.* ANON. *Proleg. c. XIV, p. 208, 16 :* διάλογος τοίνυν ἐστὶ λόγος ἄνευ μέτρου ἐξ ἐρωτήσεως καὶ ἀποκρίσεως ποικίλων προσώπων συγκείμενος. ALBINUS, *Eisag. c. I, p. 147, 18 Hermann.*

11) soli Timaeo] *Cf.* GALEN. *De plac. IX, p.812, 6 ss. Mueller (ad p.29c3);* PROCLUS, *In Tim. I, p. 223, 5 ss. (ad 27 d) ; vide etiam* PROCL. *In Remp. I, p. 14, 19-16, 6.*

12-13) qua. . . . usi sumus] *Cf. praef. p. 1, 1 ss ; p. 3, 27 ss.*

14) abundans et diffusus] *De* μακρολογία et βραχυλογία, *cf. e. g.* GALEN. *De placit. Hipp. et Plat. IV, p. 330, 1 ss. Mueller ; ibid. p. 331, 13 :* οὐδὲ ἂν ἐμοὶ μακρὸς ὁ...λόγος.

15-16) *De Aristotelis et Platonis obscuritate, cf. e. g.* DAVID, *In Porph. Is. p. 105, 10 ss. Busse ;* SIMPLICIUS, *In Phys. p. 8, 18 Diels ; cf. etiam* AL-FĀRĀBĪ, *Concordantia*

scito. Quodsi animum huic rei adieceris, manifestum tibi erit hoc non obscuritate sermonis in se per se fieri, sicut accidit lectori qui parum intelligit quando ipsi sermoni genus aliquid indistinctum (et) obscurum 20
d inest. Sermo vero in se obscurus ille est <...... ; sermo autem qui in se obscurus non est, ille est > quem is modo intellegere potest qui in hac

---

inter Platonem et Aristotelem (F. DIETERICI, *Alfārābī's philosophische Abhandlungen, Lugd. Bat. 1890, p. 6, 2 ss.* ; *versio germanica, Lugd. Bat. 1892, p. 9) et* ʿALĪ B. AḤMAD AL-NASAWĪ, *k. al-išbāʿ, ap.* P. DE JONG *et* M. J. DE GOEGE, *Cat. Cod. Orient. Biblioth. Academiae Lugduno Batavae, vol. III* (*Lugd. Bat. 1865*), *p. 91.*

18-23) non obscuritate. . . . exercitaverit] *Cf.* GALEN. *Comm. in Hipp. De fracturis I, praef. (t. XVIII 2, p. 319, 6 ss. Kuehn)* : οὔσης μέντοι καὶ κατὰ ταύτην τὴν ἐξήγησιν διαφορᾶς διττῆς, ὅτι καὶ τὸ ἀσαφὲς αὐτὸ διττόν ἐστιν, ἄμεινον εἶναί μοι δοκεῖ καὶ περὶ τούτου προειπεῖν, εἰρήσεται δὲ καὶ αὐτὰ ταῦτα διὰ βραχέων, οἷον ἐπιτομή τις, ὡς ἰδίᾳ λέλεκται διὰ μακροτέρων ἐν τῷ Περὶ ἐξηγήσεως ὑπομνήματι. Δέδεικται δ'ἐν ἐκείνῳ τὸ μὲν ὄντως ἀσαφὲς αὐτὸ δι' ἑαυτὸ τοιοῦτον ὑπάρχον, τὸ δ'ἐν αὐτῷ πρότερον τὴν γένεσιν οὐκ ἔχον, ἐπειδὴ τῶν ἀκουόντων τοῦ λόγου διαφοραὶ πάμπολλαι τυγχάνουσιν οὖσαι κατά τε τὸ προπαιδεύεσθαι καὶ γεγυμνάσθαι περὶ λόγους ἢ παντάπασί γε ἀγυμνάστους ὑπάρχειν, εἶναί τε φύσει τοὺς μὲν ὀξεῖς τε καὶ συνετούς, τοὺς δὲ ἀμβλεῖς καὶ ἀσυνέτους. αὐτίκα γοῦν ἐν αὐτῷ τῷ προκειμένῳ βιβλίῳ τῷ Περὶ τῶν καταγμάτων... τὴν ἀσάφειαν ἔχει αὐτὴ δι' ἑαυτὴν ἡ λέξις, οὐ προσδεχομένων ἡμῶν εἶναί τινας ἁμαρτίας ἃς διδάξαι χρή... *Cf. praeterea* GALEN. *De propr. libris, cap. XVII (Scr. min. II, p. 124, 16 Marquardt)* : Περὶ σαφηνείας καὶ ἀσαφείας (*v.* J. ILBERG, *Rhein. Mus. N. F. LI p. 620*); *In Hippocr. Prorrheticum (Corp. Med. Gr. V 9, 2), p. 31, 3 Diels ; In Hippocr. Prognost. II 30 (Corp. Med. Gr. V 9, 2), p. 285, 11 Heeg ; In Hippocr. De humor. III 29 (t. XVI p. 465 Kuehn) ; In Plat. Tim. Comm. (Corp. Med. Gr. Suppl. I), p. 17, 14; 18, 3 ; 19, 17 Schroeder.— De obscuritate Timaei, cf.* CICERO, *De fin. II 5, 15* : aut cum rerum obscuritas, non verborum, facit ut non intelligatur oratio, qualis est in *Timaeo* Platonis ; *et praecipue* CHALCIDIUS, *In Tim. p. 345, 22 ss.* : Multae quippe sunt orationes verae quidem, sed obscurae : nascitur quippe obscuritas vel dicentis non numquam voluntate vel audientis vitio vel ex natura rei de qua tractatus est. Iuxta dicentem fit obscuritas, cum vel studio dataque opera dogma suum velat auctor, ut fecerunt Aristoteles et Heraclitus, vel ex inbecillitate sermonis; iuxta audientem vero, vel cum inaudita et insolita dicuntur vel cum is qui audit pigriore ingenio est ad intellegendum.

20) genus aliquid] *Cf.* CHALCID. *In Tim. p. 69, 12* : *Timaeus* Platonis et a veteribus difficilis habitus est atque existimatus ad intellegendum, non ex inbecillitate sermonis obscuritate nata — quid enim illo viro promptius ? —, sed quia legentes artificiosae rationis quae operatur in explicandis rerum quaestionibus, usum non habebant, *stili genere* sic instituto ut non alienigenis sed propriis quaestionum probationibus id quod in tractatum venerat ostenderetur.

21-22) < . . . . >] *Lacuna in textu Arabico ex homœoteleuto orta; cf. praef. p. 30, 13.*

disciplina se exercitaverit. Et ex exordio sermonis quem Timaeus seruit tibi constabit hanc (rem) ita haberi ut descripsi. Dixit enim: « Quid est
25 quod in aeternum *est* neque generationem habet, et quid est quod continue gignitur neque unquam *est*? » Nam haec sententia illi qui in ceteris Platonis libris se exercitaverit manifesta et aperta erit. Distinguit enim a substantia quae intellectu apprehenditur et corpore caret, substantiam sensibilem quam Plato generationem, non substantiam, nuncupare solet. Ac in *Re publica*

24-26) *27d6* τί - *28a1* οὐδέποτε

---

24) ut descripsi] *Galenus fortasse solum* κατὰ ταῦτα *vel* κατὰ ταὐτὰ *habuit; cf. praef. p. 29, n. 6 et 7. V. etiam infra, ad c. XX, l. 15.*

25) in aeternum. . . . continue] *Cf. praef. p. 28, 6. — Interpres orientalis duobus locis vocem* ἀεί *diverso modo interpretatus, eadem ratione ductus videtur qua* Proclus *(In Tim. I, p. 233, 19 ss.) alterius* ἀεί *omissionem comprobavit*: διὰ τί οὖν, φασί, μὴ προσέθηκε τὸ ἀεὶ καὶ τῷ γιγνόμενον, ὥσπερ τῷ ὄν, ἢ τὸ ποτέ, ἵνα κατὰ πᾶν πρὸς τὸ ἀεὶ ὂν ἀντιθέτως ἔχῃ, κτλ. — Alterum ἀεί *om. libri Platonici FYW*, Cicero *(Tim. interpr. 2, p. 214, 23 Mueller)*, Chalcidius *(Tim. interpr. p. 23, 11 Wrobel)*, Proclus *(In Tim. I, p. 227, 5)*, Simplicius *(In Phys. p. 135, 10)*, Nicomachus Geras. *(Introd. p. 3, 3 ss. Hoche; cf. infra, ad l. 31-32)*, Ioannes Philop. *(De aetern. mundi, p. 137, 5; 140, 11; 205, 17; 214, 4 Rabe)*; *alterum* ἀεί *habent libri AP*, Eusebius *(Praep. Ev. XI 9, vol. II, p. 22, 6 Dindorf)*; Ioannes Philop. *(De aetern. mundi, p. 170, 16; 171, 16; 178, 3; 181, 15; 185, 6; 621, 5) et, ut patet*, Galenus. *Cf. praef. p. 6, 14 s.*

28) quae intellectu apprehenditur] *Cf. 28a1*: τὸ μὲν δὴ νοήσει (μετὰ λόγου) περιληπτόν.

substantiam sensibilem] al-ǧismī (corpoream) *codd.*; *quod in* al-ḥissī (sensibilem) *emendandum esse censemus, propter cap. II, l. 26 (= p. •, l. 11), ubi* σωματικὴ οὐσία *voce* al-ǧawhar al-ǧismānī *Arabice versum invenitur. Ambas notiones postplatonicas esse manifestum est. Apud* Plutarchum *vero (De an. procr. 3, 1013 b-c; vol. VI p. 157, 6 Bernardakis) una iuxta alteram occurrunt*: ἡ μὲν γὰρ ἐκ τῆς νοητῆς καὶ τῆς αἰσθητῆς οὐσίας λεγομένη μῖξις..... αὐτός τε γὰρ ὁ κόσμος οὗτος καὶ τῶν μερῶν ἕκαστον αὐτοῦ συνέστηκε ἔκ τε σωματικῆς οὐσίας καὶ νοητῆς ὧν ἡ μὲν ὕλην καὶ ὑποκείμενον ἡ δὲ μορφὴν καὶ εἶδος τῷ γενομένῳ παρέσχε. *Cf. etiam* Ptolemaeus, *Syntaxis mathem. I, p. 5, 19 Heiberg*: τῶν αἰσθητῶν οὐσιῶν. — *Qua ratione ea quae in praef. p. 7, 30 scripsimus corrigantur.*

29) in *Re publica*] *Cf. inprimis Remp. VII 529 b*: ἐγὼ γὰρ αὖ οὐ δύναμαι ἄλλο τι νομίσαι ἄνω ποιοῦν ψυχὴν βλέπειν μάθημα ἢ ἐκεῖνο ὃ ἂν περὶ τὸ ὄν τε ᾖ καὶ τὸ ἀόρατον, ἐάν τέ τις ἄνω κεχηνὼς ἢ κάτω συμμεμυκὼς τῶν αἰσθητῶν τι ἐπιχειρῇ μανθάνειν, οὔτε μαθεῖν ἄν ποτέ φημι αὐτόν· ἐπιστήμην γὰρ οὐδὲν ἔχειν τῶν τοιούτων. *Cf. etiam ibid. VI 511 b.— Rei publicae compendium Galenum antequam ad Timaeum accederit confecisse veri simile est; cf. praef. p. 2, 13.*

Socrates saepe res nomine earum quae sensu percipiuntur nuncupare in- 30
venitur, isto tamen nomine dignas eas non iudicans. Necessario igitur hoc
loco quidquid sensu percipitur ʿid quod continue gigniturʾ nuncupavit,
atque quidquid intellectu tantum apprehenditur ʿid quod in aeternum *est*ʾ
f nuncupavit. Cum ergo Platonis sermo in hoc libro talis sit, eadem ratione
in artum cogi nequit qua reliquos eius libros in artum coëgi. Quod si fecis- 35
sem, sermonem (iam) in artum coactum (denuo) in artum coëgissem. Sed
in hoc meo libro notiones eorum quae ipse in *Timaeo* expressit summatim
exponam, postquam antecedenti orationi quae eam sequuntur adiunxero.

---

30) Socrates] *Cf. praef. p. 6, 5.*

31) isto. . . . nomine] *Scil. substantiae.*

31-32) necessario. . . . nuncupavit] *Non alienum est* NICOMACHI GERASENI *locum (Introd. p. 3, 18 ss. Hoche) a* ṮĀBIT IBN QURRA *Ḥarranensi Arabice versum comparare quo eadem Timaei verba exscripsit (cod. manuscript. Mus. Brit. Add. 7473, fol. 122b)* :
كما قال افلاطون في كتاب طيماوس حيث يقول « ما الشيء الموجود أبدًا إلا أنه لا كون [يكون .ms] له وما الشيء الكائن إلّا أنه ليس بموجود في وقت من الأوقات ». فأما الأول من هذين فإنه يدرك بالعقل مع الفكر ويعلم أنه موجود باقٍ على أمر واحد ' وأما الثانى منهما فإنه يظن أنه يكون ويبطل بالرأى مع الحس وليس يكون موجودًا فى وقت من الأوقات
Etiam ǦĀBIR IBN ḤAYYĀN *alchymista in libro qui* kitāb al-baḥṯ *inscribitur, haec verba illustravit, ex quodam fonte Neoplatonico potius quam e compendio Galeniano hauriens (cod. manuscript. Ǧārullāh 1721 [cf.* P. KRAUS, *Bibliographie Jābirienne, n° 1800] f. 174b):*
ونقول فى ذلك المثل السائر له فى كتاب طيماوس « ما الشيء الذى لا كون له البتة وهو موجود ' وما الشيء الكائن دائمًا وليس بموجود » . فإنما يومئ فى الأول الدائم إلى الأنواع والأمور الاضطرارية فى العلوم كالأوائل والنتائج الحاصلة عن المقاييس الواجبة التامّة فإنّ كل واحد من هذه لا زوال له . وأمّا الثانى فإنه يومئ إلى الأشخاص وذلك أنها دائمة الكون لأنها تنسل بعضها من بعض وليس لها بقاء ولا ثبات بل هالكة دائرة ' فأما الأنواع والعلوم فليست دائرة ولا فاسدة
« Illam vero sententiam proverbii loco habitam quam (Plato) in *Timaeo* protulit ʿquid est quod *est* neque ullam generationem habet, et quid est quod continue gignitur neque *est*ʾ, ita explanandam esse censemus : (Principio) primo atque aeterno species (εἴδη, *formas*) indicat et res in scientiis necessarias, sicut (propositiones) primas et conclusiones syllogismis necessariis atque perfectis effectas ; omnes enim illae res interiturae non sunt. (Principio) autem secundo individua indicat ; illa enim semper generantur, quia alterum ex altero procreatur, et neque perpetuitatem neque constantiam habent, sed intereunt et pereunt. Species autem et scientiae neque pereunt neque corrumpuntur ». — *Alios sententiae Platonicae versionis Arabicae locos, v. ap.* F. ROSENTHAL, *in Islamic Culture, XIV (1940), p. 401.*

38) postquam. . . . adiunxero] *Ad initium capituli secundi spectant, ubi Galenus sententiam Platonicam 28 a 4 longius explicat.*

II. Itaque dico : Timaeus postquam posuit omnium rerum duo prima- **a**
ria genera esse, quorum alterum in aeternum *est* alterum continue gignitur,
hanc orationem continuans « omne, inquit, quod gignitur ex aliqua causa
necessario gignitur », nulla huius (sententiae) demonstratione usus, cum in
5 numero earum rerum sit quae intellectui manifeste pateant. Nam si quid
in una eademque condicione perseverat, generatione aeque ac corruptione
carens, causam generatricem non habet. Omnia autem quae generata sunt
iam (pridem) causam efficientem habuerunt, et omnia quae in generatione **b**
(versantur) in praesenti tempore causam efficientem habent. De eo vero quod
10 mundus in generatione (versetur), Timaeus iudicium absolutum protulit,

---

3-4) *28a4-5*

II. 1) Timaeus] *Cf. praef. p. 6, 5 ; et e. g.* Bonitz, *Index Arist. s. v.* Τίμαιος.

4) nulla. . . . demonstratione usus] *Cf.* Galen. *De plac. Hipp. et Plat. IV, p. 361, 16 Mueller :* εἴπερ οὖν μηδὲν ἀναιτίως γίνεται καὶ τοῦτό ἐστιν ἁπάντων σχεδόν τι τῶν φιλοσόφων ὁμολόγημα κοινόν, οὐ Χρυσίππου μόνον ἢ Ἀριστοτέλους ἢ Πλάτωνος... *Cf. ibid. VI, p. 534, 10 ; De meth. med. I 4 (t. X, p. 36, 10 ss. Kuehn).* — Proclus, *In Tim. I, 258, 12 ss. ;* Ioannes Philop. *De aetern. mundi, p. 136, 14.* — *De Galeni immodico demonstrationis usu, cf.* I. v. Mueller, *Ueber Galens Werk vom wissenschaftlichen Beweis, p. 430 ss.; v. etiam* Averroes, *Paraphr. in Rem publ. Plat. (Venet. 1550), p. 191c36 :...* de rationibus quas Galenus dialecticae imperitia deceptus omnes demonstrativas (ἀποδεικτικάς) esse asseruit.

5) quae intellectui. . . . pateant] *Galenus* τῶν πρὸς νόησιν ἐναργῶν *scripsisse videtur. Cf. De temper. II 2 (p. 51, 14 Helmreich) :* πάσης ἀποδείξεως ἀρχαὶ τὰ πρὸς αἴσθησίν τε καὶ νόησίν εἰσιν ἐναργῆ. *De plac. II, p. 218, 9 :* τὸ μὲν οὖν πρῶτον λῆμμα τῶν πρὸς αἴσθησιν ἐναργῶν ἐστιν, ὥστε οὐδὲ ἀποδείξεως αὐτὸ δεῖται... τὸ δὲ δεύτερον οὔτε τῶν πρὸς αἴσθησιν οὔτε τῶν πρὸς νόησιν ἐναργῶν ἐστι.

5-7) nam si. . . . non habet] *Cf.* Galen. *De caus. cont. VII 36-37 Kalbfleisch (Marpurgi 1904, p. 16) :* quicquid autem est ingenitum, non habet causam, propterea et Plato dicebat in *Tymeo* : « omne quod fit a causa aliqua necessario fit ; omnino enim est impossibile absque causa generationem habere » ; sed quod iam factum est, a causa quidem aliqua necessarium est fore factum, nunc autem non adhuc indiget causa.

7) causam generatricem] αἰτίαν γεννητικήν ? *Cf. e. g.* Proclus, *In Tim. I, 226, 10 ; II, 222, 29 ss.; III, 4,16.* — *Cf. etiam* al-Fārābī, *Concordantia (v. supra ad c. I, l.15), p. 23, 21 :* وكما أنّ افلاطون بيّن فى كتابه المعروف بطيماوس أنّ كل متكوّن فإنما يكون عن علة مكوّنة اضطرارًا

9) causam efficientem] *Vocabulum postplatonicum ; cf. praef. p. 8,26 s. ;* Bonitz, *Index Arist. 610 a 9 :* τὸ ποιητικὸν αἴτιον ὡς ὅθεν ἡ ἀρχὴ τῆς κινήσεως.

quia Socrates haec iam alibi in Exercitationibus suis exposuerat. Utrum autem ab aeterno fuerit an initium habuerit, in eis quae subsequuntur singulatim enarrat atque eius generationem initium habuisse dicit. Et dicit: « creatorem mundi revera invenire investiganti haud facile est; et si eum c revera invenerit, omnibus hominibus enuntiare non poterit ». 15

Deinde propositum considerare instituit secundum quod (creator) opus suum exstruxerit; atque dixit eum id ita exstruxisse ut semper permaneret. Cuius vero explicatio, secundum ipsius (sententiam), haec est quod (mundus) in meliore condicione quam in qua sit esse nequeat. Hoc autem modo gigni non potuisset nisi eum semper permanentem esse decrevisset. 20 Deinde postea tertiam causam considerare instituit quae (mundi) creationis

---

11-12) *28b7* 14-15) *28c3-5*
16-18) *28c5-29a2* 19) *29a6* 21) *29b3*

---

11) Socrates] *Cf. praef. p. 6, n. 4* ; Bonitz, *Index Arist. 741 b 39.*
alibi] *E. g. Rep. VI 507 b ss.* ; *Pol. 269 d.*
in Exercitationibus] *i. e.* διάλογοι ; *cf. praef. p. 22, 25 ss.*

14) creatorem] *Cf. praef. p. 25, n. 2.* — *Vocabulum* πατέρα *iam ipsum Galenum omisisse nobis verisimile est ; cf. praef. p. 7,14 et 12, 9 ss.* — Apuleius *vero (cf. inferius) verborum* τὸν μὲν οὖν ποιητὴν καὶ πατέρα τοῦδε τοῦ παντός *loco,* θεόν *tantum scripsit.*
mundi] *Cf. praef. p. 27, 18.* — creationis mundi creatorem *uterque codex exhibet. Utrum varia lectio* creationis *a margine in continuam scripturam irrepserit an* huiusce mundi creatorem *legendum sit (cf. app. crit. = p. •, ad l. 2) diiudicare nolimus.*
revera] *Cf. praef. p. 25, n. 8.*
investiganti] *Add. interpres.*

14-15) *Cf.* Apuleius, *De Platone I, 5 (p. 86, 17 ss. Thomas) :* cuius naturam invenire difficile est, si inventa sit, in multos eam enuntiari non posse. Platonis verba haec sunt : Θεὸν εὑρεῖν τε ἔργον κτλ.

16) propositum] *Interpres Arabicus, voce Syriaca ambigua quae et* σκοπόν (propositum) et παράδειγμα (exemplar) *significat, in errorem ductus,* παράδειγμα *(28c 6) et* εἰκών *(29b 3) apud Galenum idem esse (cf. ad l. 23) non intellexit. Vide etiam not. p. •, ad l. 4, et praef. p. 23, 30.*

21) tertiam causam] *De causarum apud antiquos diversa enumeratione, cf. praef. p. 8, 24 ss.* — *V. etiam* Proclus, *In Tim. I, 261, 1 (revera ad 28a 4-5) :* Εἰώθασι δὲ ἐν τούτοις τὰ αἴτια πάντα καταριθμεῖσθαι καὶ τὰς διαφορὰς τῶν αἰτίων τὰς παρὰ τῷ Ἀριστοτέλει. Seneca, *Epist. 65, 8, quinque causas in Timaeo commemoratas invenit :* id ex quo, id a quo, id in quo, id ad quod, id propter quod ; Ioannes Philoponus, *De aetern. mundi, p. 159, 9, autem sex :* ἓξ δὲ ὄντων παντὸς γινομένου τῶν αἰτίων κατὰ Πλάτωνα, ὑλικοῦ, εἰδικοῦ, ποιητικοῦ, παραδειγματικοῦ, ὀργανικοῦ, τελικοῦ. *Itidem* Anon. *Proleg., c. XVII, p. 212, 30.*

est momentum atque ⸢perfectio⸣ et ⸢id propter quod⸣ nuncupatur. Quam duabus illis quas commemoraverat — creatori scilicet et effigiei ad quam (mundum) creavit — adiunxit atque dixit: mundi creandi causa, Dei — qui benedicatur
25 et exaltetur — est bonitas; bonum autem nulla cuiusquam rei avaritia neque invidia unquam assequitur. Quocirca cum substantiam corpoream quae sine ordine et dispositione movebatur, quoad optime disponi posset, disponere voluit, mundum creavit. Cum autem quod ordinis expers esset sine intellectu ad ordinem redigi nequiret, creatorem huic substantiae intellectum ●
30 immittere necesse erat. Nulla autem res animae expers intellectum habere potest; quocirca mundum animatum effecit eumque quoad fieri potest sempiternum creavit.

24-26) *29d6-e2* 26-32) *30a1-c1*

---

22) 'perfectio'] *Vocis* τέλος *versio Arabica satis communis.*
'id propter quod'] τὸ οὗ ἕνεκα.

23) effigiei] *29b 3* εἰκών. *Distinctionem quam Plato inter* παράδειγμα *et* εἰκών, *inter scientiam inconcussam et fidem veram, instituit (29b3-d2), Galenus nequaquam curat, sed* εἰκών *pro causa quae apud Proclum (e. g. In Tim. I 264, 11)* παραδειγματικὴ αἰτία *vocari solet, interpretatur. Cf. etiam praef. p. 9, 1 ss.*

24-25) qui. . . . exaltetur] *Add. interpres Arabicus aut librarius; cf. praef. p. 25, n. 3.*
Dei. . . . est bonitas] *Cf.* Seneca, *Epist. 65, 10*:. . . propositum, propter quod fecit. Quaeris quid sit propositum deo ? bonitas est. Ita certe Plato ait : quae deo faciendi mundi fuit causa ? bonus est ; bono nulla cuiusquam boni (?) invidia est. Fecit itaque quam optimum potuit.— *Vide etiam* Galen. *De usu partium, XII 6 (t. II, p. 196, 24 Helmreich).*

25-26) avaritia neque invidia] *Versio duplex* (φθόνος *29e2*).

26-28) quocirca. . . . creavit] *Textum Arabicum, manifeste perturbatum (cf. 30a1ss.)* D. H. Baneth *ita corrigendum esse proposuit :* Quocirca cum mundum creare voluit, substantiam corpoream quae... movebatur, quoad optime disponi posset, disposuit.

26) substantiam corpoream] *Cf. praef. p. 7, 1.15s.* Σωματικὴ οὐσία, *e. g.* Arist. *Phys.* δ *7,214a 12 ; De gen. et corr.* α *5,320b 22.*

27) sine ordine et dispositione] *Versio duplex ? Cf. not. p.* ●, *ad l. 11.*
quoad. . . . posset] *Cf. 30a 2 :* κατὰ δύναμιν.

28-29) quod ordinis expers.... ad ordinem redigi] *Cf. 30a 4* : εἰς τάξιν...ἐκ τῆς ἀταξίας.

30) animae expers] *Cf. 30b 3:* νοῦν δ'αὖ χωρὶς ψυχῆς ἀδύνατον παραγενέσθαι τῳ. Albin. *Did. c. XIV, p. 170, 2 :* ἴσως οὐχ οἷόν τε ὄντος νοῦ ἄνευ ψυχῆς ὑποστῆναι.

31) animatum] *30b 8* ἔμψυχον.

32) sempiternum] *Cf. 37d 1 :* καθάπερ οὖν αὐτὸ τυγχάνει ζῷον ἀΐδιον ὄν, καὶ τόδε τὸ πᾶν εἰς δύναμιν ἐπεχείρησε τοιοῦτον ἀποτελεῖν.

a ٦ III. Quam orationem sequitur mundum unum tantum esse. Quam porro sequitur creatorem cum illum (mundum) corporeum esse decrevisset, visibilem et sensibilem eum effecisse. Nihil autem sine igni visibile nec sine terra sensibile; quocirca mundum ex igni et terra creavit. Quibus duobus duo alia corpora inseruit, aquam scilicet et aëra, quia omnia corporata 5 duas medietates habent, sicut omnes superficies planae unam medietatem b habent. Quod iam Euclides exposuit. Nihil autem huius substantiae ultra mundum reliquit, quia eum quoad fieri potest sempiternum (et) impassibilem efficere voluit. Si enim corpus quod totum mundum circumdat extrinsecus corpora calida frigida aliaque corpora quorum vires vehementes sunt, 10 circumdarent ita ut (mundum) importune attingerent, corpora illa (mundum) dissolverent, et tum in eo morbi et senectus orerentur atque ipse

---

1) *31a1-b4* 2-4) *31b5-9* 4-7) *31b9-32b8*
7-9) *32c6 ss.* 9-13) *33a3-6*

III. 1) *De vita mundi* (*cf. 31a6 ; b2*) *Galenus non loquitur ; cf. praef. p. 8, 30s.*

3-4) visibilem. . . . creavit] *Cf. 31b5* : σωματοειδὲς δὲ δὴ καὶ ὁρατὸν ἁπτόν τε δεῖ τὸ γενόμενον εἶναι, χωρισθὲν δὲ πυρὸς οὐδὲν ἄν ποτε ὁρατὸν γένοιτο, οὐδὲ ἁπτὸν ἄνευ τινὸς στερεοῦ, στερεὸν δὲ οὐκ ἄνευ γῆς· ὅθεν ἐκ πυρὸς καὶ γῆς τὸ τοῦ παντὸς ἀρχόμενος συνιστάναι σῶμα ὁ θεὸς ἐποίει. — *Galenum hoc loco classico* (*cf.* W. Jaeger, *Nemesios von Emesa, Berlin 1913, p. 80 ss.*) αἰσθητόν *pro* ἁπτόν *scripsisse parum probabile nobis videtur. Revera in libro De placit. VII* (*p. 634, 11-15 Mueller*) *locum Platonicum ad verbum exscripsit. Cf. autem Tim. 52a4* (*= cap. IX, l. 17*), *ubi* ἀόρατον καὶ ὅλως ἀναίσθητον *invenitur, ab interprete Arabico* (*p.* ١٤, *5*) *simili modo* ġair mar'īy wa lā maḥsūs *redditum. Vocabulum* محسوس (maḥsūs = sensibilis) *in* ممسوس (mamsūs = tangibilis) *emendare ausi non sumus ; cf. autem cap. IX l. 24* (*p.* ١٤, *l. 9*) *ubi* ἁπτόν (*52b3*) *radice Arabica* MSS *redditum invenitur. An potius pro* maḥsūs *legendum est* مجسوس (maǧsūs = tangibilis) ? *Cf. etiam* P. Kraus, *Jābir ibn Ḥayyān, vol. II* [*v. infra ad cap. IV, l. 17-20*], *p. 181, not. 5.*

5) corporata] στερεά *vel* στερεοειδῆ (*cf. 32b2*).— *V. etiam* Albin. *Did. c. XII, p. 167, 28 :* ἐπίπεδός τε οὐκ ἦν ὁ κόσμος — ἀπέχρη γὰρ ἂν αὐτῷ μία μεσότης — σφαιροειδὴς [*lege* στερεοειδὴς ?] δέ. δυοῖν ἐδέησεν αὐτῷ μεσοτήτων εἰς συναρμογήν.

6) superficies planae] *Versio duplex* (ἐπίπεδα *32a7*). *Cf. praef. p. 25, n. 7.*

7) Euclides] *Cf. e. g. Elem. VII 17,18 Heiberg* (*v.* A. E. Taylor, *A Commentary on Plato's Timaeus, Oxonii 1928, p. 97*).

8) quoad fieri potest] *Cf. 32d1 :* ὅτι μάλιστα ; *32b4* : καθ' ὅσον ἦν δυνατόν ; *46c7* : κατὰ τὸ δυνατόν ; Diog. Laërt. III 76 : ἐκ τῶν ἐνδεχομένων.

8-9) impassibilem] *Add. Galenus ;* ἀπαθής ? (*cf. ad cap. XVII, l. 7*).

9) circumdat] *Mendum interpretis ; cf. not. p.* ٦, *ad l. 6.*

corrumperetur. Quocirca creator — qui benedicatur et exaltetur — caeli ultima ex corpore rotundo, levi, e partibus inter se similibus constante **c**
15 effecit, quod neque pede neque manu egeret. (Mundum) enim talem effecit ut per se moveretur nullaque alia re egeret, cum nihil extra eum exsisteret. Itidem neque oculo neque aure neque labris eguit.

IV. Animam autem quae ei inest ex ea substantia fecit quae non **a** dividitur (et) in una eademque condicione semper perseverat, et ex ea quae in corporibus dividitur; <. . . . .> eique immisit aliquid naturae

---

13-17) *33b1-d6*
1-5) *35a1-6*

---

13) qui. . . . exaltetur] *Cf. praef. p. 25, n. 3.*

14) rotundo] *Cf. app. crit. p.* ٦, *ad l. 9.*
e partibus . . . . constante] *Cf. not. p.* ٦, *ad l. 10.* CICERO, *Tim. interpr. § 17, p. 219, 14 :* omnesque partes simillimas omnium.

15) pede . . . . manu] *Cf. 33d3-5.*

16) ut per se moveretur] αὐτοκίνητον. — *Septem genera motus (34a) Galenus hoc loco silentio praeteriit.*

17) oculo] *Cf. 33c1 :* ὀμμάτων.
aure] *Cf. 33c3 :* ἀκοῆς.
labris] *Cf. 33c4-5.*

IV. 1-3) ex ea substantia. . . . in corporibus dividitur] *35a1 :* τῆς ἀμερίστου καὶ ἀεὶ κατὰ ταὐτὰ ἐχούσης οὐσίας καὶ τῆς αὖ περὶ τὰ σώματα γιγνομένης μεριστῆς. — *Galenus, sicut* PLOTINUS *(Enn. IV 1,10 et 14 Bréhier) et* PORPHYRIUS *(Sententiae ad intell. duc. § 5 Mommert), vocem* γιγνομένης *omisisse videtur.*

3) <. . . .>] < et ex utraque substantiam tertiam temperavit > *vel similia supplenda esse censemus, verbis Platonis* τρίτον ἐξ ἀμφοῖν ἐν μέσῳ συνεκεράσατο οὐσίας εἶδος *(35a 3) collatis. Nam textum in codicibus manu scriptis conservatum non nisi bis idem fere dicere nemini accuratius intuenti non apparebit. Accedit quod in oratione tradita temperationis nulla mentio fit, quamquam ex loco posteriore (cap. VI, l. 9) de illa temperatione iam ante disputatum esse comprobatur.*

3-4) aliquid naturae. . . . perseverat] τῆς τε ταὐτοῦ φύσεως *(35a4) ibi et l. 13 non satis intellexit interpres ; cf. not. p.* ٦, *ad l. 14. — Galenus verba* αὖ πέρι *(35a4) quae* SEXTUS EMP. *(Adv. Math. I 301) et* CICERO *(Timaei interp. cap. 7, § 21 ; p. 220, 22 Mueller) non attestant,* BURNET *vero seclusit, ibi non habuit (contra libr. Plat.* PLUT. EUSEB. PROCL. STOB.).

v eius substantiae quae in una eademque condicione semper perseverat et naturae alterius substantiae. Atque verba ʿquod non dividiturʾ <pro. 5
. . . . . et verba ʿquod dividitur > in corporibusʾ pro motu materiae innato
b interpretatus est, quem paulo post ab aeterno ei inesse dicet. Si ergo anima, secundum (Platonis) sententiam, principium est movendi, materia autem per se movetur, manifestum est (materiam) animatam esse; illam tamen animam quae ei inest perturbatam esse (et) sine ullo ordine definito moveri. Quocirca 10

---

4) semper] *librarii errore ex l. 2 repetitum esse videtur ; cf. l. 31 et 34, ubi* semper *in* τὸ ταὐτόν *versione scriptum non invenitur.*

5) alterius substantiae] *Cf. not. p.* v, *ad l. 1.*

5-6) 'quod. . . . in corporibus'] *35a5* : τοῦ τε ἀμεροῦς αὐτῶν καὶ τοῦ κατὰ τὰ σώματα μεριστοῦ. — *Lacuna in codicibus Arabicis ex homoeoteleuto orta.*

6) materiae] *Cf.* PLUTARCH. *De an. procr. 21, 1022f.* : τὴν δὲ περὶ τὰ σώματα γιγνομένην μεριστὴν εἰ μέν τις ἐθέλοι καλεῖν ὕλην, ὡς καὶ ὑποκειμένην ἐκείνῃ... ὁμωνυμίᾳ χρώμενος. οὐ διαφέρει πρὸς τὸν λόγον· οἱ δὲ σωματικὴν ἀξιοῦντες ὕλην συμμίγνυσθαι τῇ ἀμερίστῳ διαμαρτάνουσι· πρῶτον μὲν ὅτι τῶν ἐκείνης ὀνομάτων οὐδενὶ νῦν ὁ Πλάτων κέχρηται.

innato] σύμφυτος (*cf. ad cap. VI, l. 25*) *vel* ἔμφυτος ?

7) paulo post] *Cf. 52d-e.*

8) secundum. . . . sententiam] *Cf. app. crit. p.* v, *ad l. 4.*

principium. . . . movendi] *Cf. Phaedr. 245c8* : (ψυχὴ)... πηγὴ καὶ ἀρχὴ κινήσεως. *V. etiam* PLUTARCH. *De an. procr. 3,1013c ; 7,1015e.*

8-9) per se movetur] αὐτοκίνητον ; *cf. ad cap. III, l. 16.*

9) animatam] *Cf.* PLUTARCH. *De an. procr. 7,1015e* : ἄτακτον καὶ ἄλογον οὐκ ἄψυχον δὲ κίνησιν.

illam. . . . animam] *Cf.* PLUTARCH. *ibid. 9,1016c* : ψυχὴν τὴν πρὸ τῆς κόσμου γενέσεως πλημμελῶς πάντα καὶ ἀτάκτως κινοῦσαν.

10) perturbatam] *Cf. ibid. 6, 1014c* : τὴν δὲ ταραχώδη καὶ ἀνόητον.

sine ullo ordine definito] *Voci Graecae* ἄτακτον καὶ ἀόριστον *respondere videtur (cf. praef. p. 26,21 ss.), quae apud* PLUTARCHUM, *De an. procr. 6, 1014d-e, invenitur* : ἐν δὲ Τιμαίῳ τὴν τῇ ἀμερίστῳ συγκεραννυμένην φύσει καὶ περὶ τὰ σώματα γίγνεσθαι λεγομένην μεριστὴν... ἀλλὰ τὴν ἄτακτον καὶ ἀόριστον αὐτοκίνητον δὲ καὶ κινητικὴν ἀρχὴν ἐκείνην ἣν πολλαχοῦ μὲν ἀνάγκην, ἐν δὲ τοῖς Νόμοις ἄντικρυς ψυχὴν ἄτακτον εἴρηκε καὶ κακοποιόν.—*Cf. etiam Quaest. Plat. VIII 4, 1007c.* ; ALBIN. *Did. c. XIII, p. 169,3* : τούτοις οὖν ὑπὸ τοῦ θεοῦ ἡ ὕλη τυπωθεῖσα ἐκινεῖτο μὲν τὸ πρῶτον τοῖς ἴχνεσιν ἀτάκτως, εἶτα ὑπὸ τοῦ θεοῦ πρὸς τάξιν ἤχθη, ἁρμοσθέντων πάντων ἀναλογίᾳ πρὸς ἄλληλα. ARISTOTELES, *De caelo,* γ *2,300 b 16* : τὸ αὐτὸ δὲ τοῦτο συμβαίνει ἀναγκαῖον κἂν εἰ, καθάπερ ἐν τῷ Τιμαίῳ γέγραπται, πρὶν γενέσθαι τὸν κόσμον, ἐκινεῖτο τὰ στοιχεῖα ἀτάκτως. *Cf.* CL. BAEUMKER, *Das Problem der Materie in der griechischen Philosophie, Monast. 1890, p. 142 ss. 376 s.* ; E. FRANK, *Plato und die sogenannten Pythagoraeer, Halae Sax. 1923, p. 99 ss. Vide etiam praef. p. 10, 18 ss.*

creator — qui benedicatur et exaltetur —, cum (materiam) in dispositionem atque ordinem redigere voluit, animam ei immisit, quae e natura eius rei est quae in una eademque condicione semper perseverat.

Deinde Timaeus, ea oratione confecta, exponit quo modo anima mun-
15 di in omnes eius partes dividatur secundum quasdam ut harmoniae proportiones; qua (voce) numerum indicat. Deinde, his (rebus) peractis, dixit: creator ea omnia in duas partes in longum divisit et earum unam in c

14-16) *35b4-36b6* 17-20) *36b6-c4*

11) qui. . . . exaltetur] *Cf. praef. p. 25, n. 3.*

11-12) in dispositionem atque ordinem] *Versio duplex* (εἰς τάξιν)? *V. supra, ad cap. II, l. 27.—Sed cf.* Plutarch. *De an. procr. 5,1014b* : τὴν δ'οὐσίαν καὶ ὕλην ἐξ ἧς γέγονεν. . . εἰς διάθεσιν καὶ τάξιν αὐτῆς... ὡς δυνατὸν ἦν ἐμπαρασχεῖν.

13) semper] *Cf. ad l. 4.*

14) Timaeus] *Cf. praef. p. 6,5.*

15-16) secundum. . . . proportiones] *Cf.* Plutarch. *De an. procr. 33,1029e* : γέγονε δὲ τοιαύτη τοῖς καθ'ἁρμονίαν λόγοις. *Cf. ibid. 7, 1015f* : ἁρμονίᾳ καὶ ἀναλογίᾳ καὶ ἀριθμῷ ; *24, 1024d* : ἀριθμοῖς καὶ λόγοις... καὶ μεσότησι ἐναρμονίοις ; *27,1026b* : ἁρμονία καὶ λόγος.

16) numerum] *Cf.* Plutarch. *De an. procr. 2, 1012d-e* : οἱ μὲν γὰρ οὐδὲν ἢ γένεσιν ἀριθμοῦ δηλοῦσθαι νομίζουσι.... ἐκ δὲ τούτων γίγνεσθαι τὸν ἀριθμόν.

17-20) *Hanc Platonis sententiam Albirunius in opere quod de rebus Indicis composuit (Al-Bêrûnî's India, ed.* E. Sachau, *Londinii 1887, p. 110,2 s. ; versio anglicana, Lond. 1910, I p. 223) ex quodam Timaei compendio Arabico ita exscripsit :* (Indorum) de ovo mundano (Brahmaṇḍa) doctrina comparanda est orationi Platonis in libro (qui) *Timaeus* (inscribitur) : Opifex, inquit, lineam [a]) rectam in duas partes secavit et utramque circumvolvens ex iis duos circulos (exstruxit), ita ut duobus punctis concurrerent, unumque eorum (circulorum) in septem partes divisit ; qua oratione duos (sphaerarum) motus (*quorum alter in orientem, alter in occidentem vertitur*) et stellarum globos aenigmatice ut solet indicavit. — *Itidem Ǧābir ibn Ḥayyān alchymista (in libro De lapide ;* E. J. Holmyard, *The Arabic Works of Jâbir ibn Ḥayyân, Paris 1928, p. 19, 3) hanc sententiam commemoravit* : Dixit Plato : creator — qui benedicatur et exaltetur — lineam sumpsit eamque in longum dissecavit, deinde alteram (partem) alteri circumvovit et ex ambabus mundum exstruxit. — *De huius sententiae interpretatione alchymistica, cf.* P. Kraus, *Jābir ibn Ḥayyān, Contribution à l'histoire des idées scientifiques dans l'Islam, vol. II (Mém. Institut d'Égypte, tom. XLV), p. 48, not. 7. — Cf. praeterea* Sa'adyā al-Fayyūmī, *k. al-amānāt wa'l-i'tiqādāt (ed.* Landauer, *Lugd. Bat. 1880), p. 41, 16 ss. ; v.* M. Ventura, *La philosophie de Saadia Gaon, Paris, 1934, p. 116.*

a) Sachau pro *ḫaṭṭ* (linea) inepte *ḫaiṭ* (funiculus) scripsit.

alteram coniecit, ita ut figura litterae *Šīn* — secundum Graecorum scribendi rationem quae huiusce modi est : X — evaderet ; et utramque ita inflexit ut duo circuli evaderent quorum unus alteri coniungeretur. Manifestum 20 autem est eum his verbis circulum sphaerae zodiacae et circulum aequidia-
d lem indicasse ; circuli tamen aequidialis motum aliud ac totius sphaerae

---

18) Šīn] Sīn *codices (itidem editio* SAʿADYAE *l. c. ; cf. etiam* VENTURA, *o. l., p. 116, not. 93). — Littera graeca* X *apud Arabos vel* k *(e. g.* kīmūs = χυμός) *vel* ḫ *(e. g.* ḫarsuflā = χρυσόκολλα) *vel* š *(e. g.* Aršamīdas, Aršağānas) transcribitur ; *cf.* J. RUSKA, *Turba Philosophorum (Quellen und Studien zur Geschichte der Naturwissenschaften und der Medizin, I, 1931), p. 20* ; A. FISCHER, *ap.* G. ROTHSTEIN *in ZDMG, LVIII (1904), p. 778, n.*

18-19) secundum. . . . rationem] *Suspicari potueris interpretem orientalem haec verba addidisse ; cf.* CHALCID. *In Tim. p. 120, 16* : easque mediam mediae in speciem *chi* Graecae litterae coartavit. *Cf. etiam* CICERO, *Tim. interpr. § 13* (ἀναλογία) *et § 17* (σφαιροειδής). —*Sed Galenus saepe similiter de Graecis loquitur ; cf. e. g. De tumoribus, c. 1 (VII 705, 2 Kuehn)* : τὴν γὰρ εἰς μῆκος καὶ πλάτος καὶ βάθος διάστασιν οὕτως (*scil.*ὄγκον) ὀνομάζουσιν οἱ Ἕλληνες. *De atra bile, c. 1 (Corp. Med. Gr. V 4, 1. 1, p. 72, 15 de Boer = V 106.12 Kuehn)* : οὕτω γὰρ ἔθος ὀνομάζειν τοῖς Ἕλλησι τὸ πεπηγὸς αἷμα. *Alia exempla apud* KALBFLEISCH, *Ueber Galens Einleitung in die Logik (XXIII - ter Suppl.- bd. d. Jahrb. f. Class. Philologie, Lipsiae 1897, p. 695 infra) annotata invenies.— Sed verbis interpretis nostri similia in* GALENI *De Anatomia versione Arabica leguntur :* ويجمع بين طرفى الدرز الشبيه باللام فى كتاب اليونانيين (*cf.* M. SIMON, *Sieben Bücher Anatomie des Galen, Lipsiae 1906,* I *(text. ar.), p. 78, 19 ; II (versio germ. p. 57) et ibi Graeco* τῶν πλευρῶν τῆς λαμβδοειδοῦς ῥαφῆς τὰ ... πέρατα *respondent. Cf. etiam ibid. I, 71, 7 (II, p. 51).*

21-22) sphaerae zodiacae.... aequidialem] *Cf.* CHALCID. *In Tim. p. 134,9 ss.*; PROCL. *In Tim. II 238* : ἀλλ' οἱονεὶ χῖ, καθάπερ ὁ Πλάτων φησίν.... οὐδὲ γὰρ ὁ ἰσημερινὸς πρὸς ὀρθὰς τέμνει τὸν ζῳδιακόν. *Cf.* T. L. HEATH, *Aristarchos of Samos, Oxonii 1913, p. 159 ss.* ; A. E. TAYLOR, *A Commentary on Plato's Timaeus, p. 147 ss* ; L. ROUGIER, *L'origine astronomique de la croyance pythagoricienne en l'immortalité céleste des âmes (Recherches d'archéologie, de philologie et d'histoire, t. VI, Cahirae 1933)* ; A. RIVAUD, *Le système astronomique de Platon (Rev. d'Hist. de la Philos. 1928, 1-26).*

22-23) circuli. . . . non esse] *Secundum Platonis sententiam. — Posteriorum opinionem secutus Galenus a Platone dissentiens circulum aequidialem et orbem supremum diversos esse his verbis indicat. V. praef. p. 14, 19 ss. — Cf. etiam* JOANNES PHILOP. *De opif. mundi, p. 15,20* : ὡς οὐδὲ τῶν πρὸ Πτολεμαίου καὶ Ἱππάρχου μαθηματικῶν οὐδὲ εἷς τὴν ἐνάτην καὶ πασῶν ἔξωθεν σφαῖραν ᾔδει τὴν ἄναστρον. ὀκτὼ δὲ μόνας ὑπάρχειν μετὰ τῶν ἄλλων καὶ Πλάτων ᾤετο, ἀλλ' ἔκ τινων τηρήσεων Ἵππαρχος καὶ Πτολεμαῖος τὴν ἐνάτην καὶ ἄναστρον εἰσηγήσατο, περὶ ὧν λέγειν νῦν οὐκ ἀναγκαῖον. *Ibid. p. 113,23 ss. Similem locum qui in* IOANNIS PHILOPONI *De aetern. mundi contra Proclum, XIII 18 (p. 537,7 Rabe) legitur,*

motum non esse. Cum autem hic motus circulum sphaerae zodiacae introrsum complectatur, creator circulum exteriorem indivisum reliquit, interio-
25 rem vero circulum sex locis divisit et ex eo septem sphaeras fecit, secundum quasdam ut harmoniae proportiones. De quibus locutus est cum animae substantiam divisit. Manifestum autem est eum verbis ʿseptem sphaerasʾ stellarum errantium sphaeras in animo habere. Et dixit tres ex his septem sphaeris velocitate motus pares esse, sphaeram scilicet solis et sphaeram
30 Veneris et sphaeram Mercurii. Venerem autem non ita, sed aurorae stellam nuncupavit. Atque exteriorem circulum ʿillum qui in una eademque condicione perseveratʾ nuncupavit, interiorem autem ʿillum qui diversus estʾ. Deinde exposuit quo modo opinio et sana persuasio diversi (circuli) sit naturae, scientia vero et intellectus naturae eius qui in una eademque
35 condicione perseverat.

λ
e

24-26) *36d1-2* 28-31) *36d5 ; 38c7-d6* 31-32) *36c4-5*
33-35) *37b3-c5*

ALBIRUNIUS (*De rebus Indicis, p. 111,13 ; versio I, p. 226*) *confutat. Revera* PROCLUS (*In Tim. III 124, 19 ss.; In Rem publ. II 235, 4 ss,*) *hanc doctrinam, auctoritate* HIPPARCHI *et* PTOLEMAEI (*cf. Syntax math. VII 2, IX 2 ; vol. II, p. 12 ss., 210 ss. Heiberg*) *fultam, reiecit. Cf. etiam* SIMPLIC. *In Arist. De caelo, p. 462, 15* ; MACROB. *Comm. in Somn. Scip. I, XVII 16-17 (p. 554, 30 ss. Eyssenhardt).* — HEATH, *o. l. 296 s.*; P. TANNERY, *Recherches sur l'histoire de l'astronomie ancienne, Paris 1893, p. 264 ss.* ; P. DUHEM, *Système du Monde, I 452 ss., II 180 ss.*

23) totius sphaerae] ἡ ὅλη σφαῖρα ; *cf. infra, cap. V, 1.2.*

25) sex locis] *36d2* ἑξαχῇ. *Cf. etiam* ALBINUS, *Did. c. XIV, p. 170,7* : ἡ μὲν γὰρ ἐκτὸς ἄσχιστος ἔμεινεν, ἡ δὲ ἐντὸς εἰς ἑπτὰ κύκλους ἐτμήθη ἐξ ἀρχῆς νεμηθεῖσα κατὰ διπλάσια καὶ τριπλάσια διαστήματα.

27) divisit] *Cf. 35b4* : διαιρεῖν ὧδε. — *De rebus mathematicis Galenus hic sicut alibi non tractat ; cf. praef. p. 13,5 ss.*

29) velocitate motus pares] ALBINUS, *Did. p. 171,4* : φωσφόρον δὲ καὶ τὸν ἱερὸν Ἑρμοῦ λεγόμενον ἀστέρα εἰς τὸν ἰσοταχῆ κύκλον ἰόντα.

30-31) Venerem. . . . nuncupavit] [PLATO], *Epin. 987b3* ; ARIST. *Metaph. 8,1073 b 30* (EUDOXUS). *Cf. praef. p. 8, 1 ss.*

30) aurorae stellam] *38d2* ἑωσφόρον.— *Cf.* TAYLOR, *Commentary, p. 195*; J. BIDEZ, *Les noms des planètes chez les Grecs* (*L'antiquité Classique, IV, 1935*), *p. 5-43.*

31-33) ʿillum qui. . . . diversi (circuli)] *Cf. not. p.* λ, *ad l. 4-5.*

33) sana persuasio] *Cf. 37b3* : πίστεις βέβαιοι καὶ ἀληθεῖς.

a V. Deinde postea de natura temporis disseruit, quod stellarum errantium et totius sphaerae conversionibus determinari affirmavit. Nox enim et dies pariter ex sphaerae motu oriuntur ; menses vero ex lunae conversionibus oriuntur, cum orbem suum percurrerit et solem consecuta sit ; anni vero oriuntur, cum sol orbem suum percurrerit. Deinde dixit unamquamque stellarum errantium motum peculiarem habere, quem non multi homines noverint ; et harum omnium conversionum unum esse finem, b eumque esse qui annum perfectum absolvat. 5

Deinde postea Timaeus dicit genera animalium quattuor esse quorum unum caeleste, alterum volans, tertium natans quod aquam incolit, et quartum quod in superficie terrae ingreditur. Atque plurimum quod in forma caelestis (generis) invenitur, ignem effecit, et in fortissimum circulum <prudentiam> immisit. Quorum (animalium) unumquodque secundum se moveri. Terram vero in medietate mundi positam esse. In sphaeris autem c et alias stellas exsistere, similes his (quas ante commemoraverat), easque in sphaeris ut signa apparere. Atque manifestum est eum his verbis eas stellas 10 15

1-2) *38b6ss.* 3) *39c1-3* 3-5) *39c3-5* 5-8) *39c6-d7*
9-13) *39e5-40a7* 13) *40a7-b8* 14) *40b8-c1* 14-16) *Cf. 40c7-9*

V. 1-2) *De paradigmate (39b6-c1 ; e7) Galenus rursus non loquitur ; cf. ad cap. II l. 23, et praef. p. 8, 29.*

3-8) *Cf. etiam* Albin. *Did. c. XIV, p. 170, 27 ss.*

10) caeleste] *Sed cf. 39e10* οὐρανίων θεῶν γένος ; *40a2* τοῦ μὲν οὖν θείου ; *b4* ὅσ'ἀπλανῆ τῶν ἄστρων ζῷα θεῖα καὶ ἀΐδια ; *d4* περὶ θεῶν ὁρατῶν, — *quae omnia Galenus consilio praetermisit.*

11-12) atque .....effecit] *40a2* τοῦ μὲν οὖν θείου τὴν πλείστην ἰδέαν ἐκ πυρὸς ἀπεργάζετο.

12) in fortissimum circulum] *Interpres voces* τοῦ κρατίστου (*40a5*) *inepte ad vocem* κύκλος *retulisse videtur.*

13) < prudentiam >] *40a5* φρόνησιν ; *cf. cap. XIVa et XVIIe. Sed fortasse plura exciderunt ; v. app. crit. ad p. λ, l. 14.*

14) Terram .... esse] *Cf. praef. p. 13, 14 ss.* — Albin. *Did. c. XV, p. 171, 24:* κεῖται δὲ ἡ μὲν γῆ τῶν ὅλων μέση.

16) ut signa] semper *codd. V. app. crit, p. λ, ad l. 16. — Plato hoc loco (40c-d) de planetis earumque coniunctionibus loquitur, quas profanum vulgus* (οἱ οὐ δυνάμενοι λογίζεσθαι, *d2*) *signa portentaque* (φόβους καὶ σημεῖα) *esse censet. Galenus autem (cf. praef. p. 13, 8 ss.) stellas crinitas ibi commemoratas esse putat.*

16-17) eas stellas .... evanescunt] *Cf.* Aëtius, *Plac. III 2 (=Doxogr. Gr. p. 366,*

indicare quae certis temporibus apparent, deinde vero evanescunt, sicut nos ipsi saepe vidimus et Hipparchus in libris suis aliique astronomi descripserunt.

VI. Deinde dixit : Deus — qui exaltetur — angelis orationem communem habuit (dicens) eos cum generati essent non incorruptibles esse, sed **a**

1-3) *41b2-6*

---

6 ss.) : τῶν Πυθαγορείων τινὲς μὲν ἀστέρα φασὶν εἶναι τὸν κομήτην τῶν οὐκ ἀεὶ μὲν φαινομένων, διὰ δέ τινος διωρισμένου χρόνου περιοδικῶς ἀνατελλόντων (*V. etiam* Ps.-Galen. *Hist. philos. 75, t. XIX 285 ss. Kuehn = Doxogr. Gr. p. 629 s.*). Seneca, *Nat. Quaest. VII 1, 5* : idem in cometis fit... non enim desunt qui terreant, qui significationes eius graves praedicent. Sciscitantur itaque et cognoscere volunt prodigium sit an sidus. Chalcid. *In Tim. p. 169, 16* : et stellae in caelo adparent quae adpellantur cometae.

18) Hipparchus] *In Hipparchi quae exstant fragmentis locus de cometis nobis non innotuit. Sed. cf.* Plin. *Nat. Hist. II 95* : Item Hipparchus numquam satis laudatus... novam stellam et aliam in aevo suo genitam deprehendit eiusque motu, qua fulsit, ad dubitationem est adductus num hoc saepius fieret moverenturque et eae quas putamus adfixas.

aliique astronomi] *Cf.* Galen. *Comm. in Hippocr. Epid. I* (*t. XVII, p. 23, 12 Kuehn*) *in sermone de mensibus intercalandis* : καὶ γέγραπται γε τῶν ἀστρονόμων καὶ ἄλλοις τισὶ καὶ Ἱππάρχῳ.

VI. 1) Deinde] *De creatione deorum vulgo a Graecis cultorum* (*40d6-41a3*) *non tractatur.*

qui exaltetur] *Cf. praef. p. 25, n. 3.*

angelis] *Cf. praef. p. 24, 27 ss.* ; — *In* Galeni Περὶ ἠθῶν versione *Arabica* (*cf. praef. p. 15, n. 2*), *Ḥunainus simili ratione vocem Graecam* θεοί *vocabulo Arabico* malā'ika (angeli) *vertit. Quae interpretatio exstat etiam in fragmento Arabico libri* Galeni Περὶ τῶν ἐν τῷ Πλάτωνος Τιμαίῳ ἰατρικῶς εἰρημένων, *apud* Albirunium *conservato* (*cf. infra ad l. 3*), *ubi vox* al-āliha (= θεοί) *voce* malā'ika *explicatur. In Theologiae vero libro qui* Aristotelis *nomine apud Arabos innotuit, etsi* Plotini *Enneadum est paraphrasis, interpres Christianus vocem* θεοί *vocabulis Arabicis* al-rūḥāniyyūn (spirituales) *sive* al-kawākib (astra) *sive* al-sayyāra (planetae) *sive* al-sāda (domini) *sive* sādat al-nuǧūm (stellarum domini) *transtulit. Simili modo in Timaei quadam antiqua versione Arabica* (*ap.* al-ʿĀmirī ; *cf. infra, ad l. 3 in fine*), θεοί *vocabulo* al-ǧawāhir al-rūḥāniyya (substantiae spirituales) *redditum invenitur.*

orationem communem] *Cf. praef. p. 16, 13 ss.*

propter suam voluntatem et providentiam numquam perituros esse. Et cum

1-3) *41b2-6*

3) voluntatem et providentiam] *Cf. 41b5*: βουλήσεως. — *Galenus probabiliter* διὰ τὴν αὐτοῦ βούλησιν καὶ πρόνοιαν *scripsit; cf.* PLUTARCH. *De fato 9, 572 f. ss. (vol. III, p. 478, 19 Bernardakis).*

perituros esse] *Cf.* GALEN. *De demonstr. IV; ap.* IOANN. PHILOP., *De aeternitate mundi, p. 599, 22 ss. Rabe; ibid. 600, 17; De opificio mundi, p. 134, 25 Reichardt. — Hic locus Arabice versus etiam invenitur in illo fragmento libri* GALENI Περὶ τῶν .... ἰατρικῶς εἰρημ. *quod* ALBIRUNIUS (ABŪ RAIḤĀN AL-BĒRŪNĪ) *in opere suo de rebus Indicis (Al-Bêrûnî's India, ed.* E. SACHAU, *Londinii 1887, p. 17, 6 ss.; versio anglicana, Londinii 1910, I, p. 35) conservavit,* H. O. SCHROEDER *tamen in* GALENI «*In Platonis Timaei Commentarii Fragmentorum*» *editione (cf. praef. p. 17) neglexit*: «Et in *Timaeo medicinali*[a]) Plato de iis disseruit quos ethnici[b]) deos nuncupant quia non moriuntur — sunt autem angeli; et Deum (*Allāh*) nomine primi dei nuncupant[c]). — Deinde ipse dixit: Deus deos allocutus est: vosmet ipsi non incorruptibiles estis, sed morte non corrumperemini, quia eo tempore quo vos generavi, mea voluntate certissimam fiduciam accepistis. — Et alibi in eodem (libro) dixit: Deus scilicet numero singulari, non dii numero plurali[d]).»

Alia huius sententiae versio legitur apud MUḤAMMAD IBN YŪSUF AL-ʿĀMIRĪ, *philosophum Arabum qui decimo saeculo floruit (ob. 381 H./991 post Chr. n.). In epitoma vero operis* ṣiwān al-ḥikma, *auctore* SULAIMĀNO AL-MANṬIQĪ AL-SIĞISTĀNĪ (*cf.* BROCKELMANN, *Suppl. I 378*), *haec verba ei assignantur: (ms.* MUḤAMMAD MURĀD, *1408, f. 10;*

---

a) Titulus libri Περὶ τῶν ἐν τοῦ Πλ. Τιμ. ἰατρ. εἰρημ. frequentissime apud Arabos usitatus (e.g. MASʿÛDÎ, *k. al-tanbīh waʾl-išrāf*, p. 163, 2 DE GOEJE). — SACHAU pro الطبي *al-ṭibbī* (= 'medicinalis') cuius significationem etiam p. 164, 10 (I, p. 322 vers. angl.) non intellexit, الطي (al-ṭayyî??) = θεοί legere proposuerat.

b) Nomine Arabico *ḥunafāʾ*, Syriaco vero *ḥanpē*, pagani qui novo saeculo p. Chr. n. in Mesopotamia, praecipue in Ḥarrân urbe, Graecis litteris vacabant, suam sectam vocare solebant [cf. M. J. DE GOEJE, *Bibliotheca Geographorum Arabicorum, pars VIII* (Lugd. Bat. 1894), p. XVII, *s.v.*; THABIT B. QURRA ap. BARHEBRAEUM, *Chronologia Syriaca, II*, fol. 55 Budge: *ḥanpūṯā*]. Atqui Ḥarrân urbe Ḥunainus interpres codicem Graecum libri Galeniani *De quibus in Timaeo medicinaliter dicuntur*, quem postea Syriace et Arabice vertit, repperisse se affirmat (cf. H. O. SCHROEDER, *o.l.* p. XIV).

c) Textum conturbatum quem doctus editor emendare nequivit, ita restituendum censemus: وقال افلاطن في طيماوس الطبّى <في> الذين يسميهم الحنفاء آلهةً بسبب أنهم لا يموتون — <هم الملائكة> ويسمون الله الإله الاول [هم الملائكة]. Haec verba igitur neque Platoni (ut putat editor, II 271) neque Galeno, sed interpreti attribuenda sunt.

d) Galeni verba ad quosdam *Timaei* locos pertinere videntur, ubi ὁ θεός (75d1) aut τὸ θεῖον (76b2) singulari numero scriptum invenitur, etsi pluralis numerus expectatur.

necesse esset animalia in mundo mortalia esse, eos horum generationis
5 causam fecit. Horum enim (animalium) creationem si ipse sucepisset, angelorum instar fuissent. Deinde dixit : Et creator — qui benedicatur et exaltetur — angelis creationis immortalis principium dedit. Atque manifestum est eum id pro anima rationabili interpretari. Qua de causa, prima **b** temperatione qua animam mundi permiscuerat confecta, rerum antea (com-
10 memoratarum) reliquias in eam infusit easque una permiscuit et quodam modo in una eademque condicione perseverantes effecit. Neque eas eadem ratione incorruptas effecit, sed secundanas et tertianas.

Deinde dixit : Postquam mundi creationem perfecit, animas distribuit et earum numerum stellarum numero adaequavit, singulasque in singulas
15 stellas imposuit, et eis mundi naturam ostendit legesque dedit et explicavit, **c**

4-6) *41b7-c3* 6-7) *41c3-d3 (cf. 42e7)* 8-12) *41d4-8* 13-22) *41d8-42a3*

---

cf. M. Plessner, *Islamica IV 537*) : ولقد صرح بذلك فى كتاب طيماوس فقال إن خالق الكل أوحى إلى الجواهر الروحانية بأنكم لستم بحيث لا تموتون ولكنّى أستبقيكم بقوتى الإلهية « Et in libro (qui) *Timaeus* (inscribitur)(Plato) haec aperte enuntiavit, cum dixit : Universi vero creator substantias spirituales revelatione allocutus est : immortales quidem non estis, sed potestate divina vos perseverare faciam ».

4) animalia .... esse] *Cf. 41b7* : θνητὰ ἔτι γένη λοιπὰ τρία ἀγέννητα.

6) angelorum instar] *41c2* θεοῖς ἰσάζοιτ'ἄν.

6-7) qui ... exaltetur] *Cf. praef. p. 25, n. 3.*

7) principium] *Cf. 41c8* : ὑπαρξάμενος ἐγὼ παραδώσω, *et 42e7* : καὶ λαβόντες ἀθάνατον ἀρχὴν θνητοῦ ζῴου. — *Haec verba* Albirunius *alio operis De rebus Indicis loco (p. 164, 16 ; versio I 322) secundum* Galeni Περὶ τῶν ἐν Πλ. Τιμαίῳ ἰατρ. εἰρημ. *arabice tradit :* « Quae oratio similis est eorum quae Plato in *Timaeo medicinali* [a]) dixit : « Dii vero [b]) qui creationem hominis Patris iussu susceperant, animam <im>mortalem [c]) sumpserunt eamque principium instituerunt ; deinde eam corpore mortali [d]) circumamplexi sunt ».

8) anima rationabili] *Cf.* Proclus, *In Tim. III 234, 8 (ad 41d1)* : Τί τὸ ἀθάνατόν ἐστι τοῦτο καὶ τί τὸ θνητόν, ἐζήτηται παρὰ τοῖς τοῦ Πλάτωνος ἐξηγηταῖς. καὶ οἱ μὲν τὴν λογικὴν ψυχὴν μόνον ἀθάνατον ἀπολείποντες φθείρουσι τήν τε ἄλογον ζωὴν σύμπασαν.... τοὺς Ἀττικοὺς λέγω καὶ Ἀλβίνους καὶ τοιούτους τινάς· οἱ δὲ τούτων μετριώτεροι, ὥσπερ οἱ περὶ Πορφύριον... *V. etiam praef. p. 15, 7 ss.*

8-9) prima temperatione] *Mendum interpretis ; cf. not. p.* ٩, *ad l. 8.*

10-11) quodam modo] *Cf. praef. p. 28, 32.*

15) imposuit] *Galenus verba Platonica* ἐμβιβάσας ὡς ἐς ὄχημα *consilio omisit ; cf. praef. p. 7, 11 ss.*

(a) Lege الطبّى (b) Lege cum cod. manu scripto إن (c) Lege : مائتة <غير> (d) Lege مائتًا

dicens generationem primam omnibus hominibus unam et eandem esse neque in ea <alium> alio inferiorem esse. Deinde dixit: Sed cum animae in singulos (homines) secundum temporis instrumenta quae unicuique convenirent, satae essent, eas praestantissimum apud creatorem — qui benedicatur et exaltetur — animal nutrire oportebat. Cum autem natura hominis secundum duo genera sit, <. . . . . .> praestantius esse ; quod in extremo vir vocabitur.

Deinde dixit : Cum autem homo, anima corpori adiuncta, egeret rebus quae ad corpus suum accederent et quae ab eo discederent, creator — qui benedicatur et exaltetur — sensum innatum in eum inseruit eique voluptatem delectatione et dolore permixtam immisit, et ei simul metum et iram immisit et quae his rebus subsequuntur et quae iis contraria sunt. Quas res quando moderaverit homo, vita et regimen eius secundum iustitiam erit ; quando autem hae res eum moderaverint et vicerint, vita et regimen eius secundum iniustitiam erit. Cuius vero vita per totum tempus quo

23-43) *42a3-d2*

15-16) legesque .... dicens] *41e2* νόμους τε τοὺς εἱμαρμένους εἶπεν αὐταῖς ὅτι...

17) <alium> alio] *Mendum interpretis ; cf. not. p.* ٩, *ad l. 15.*

17-19) sed cum .... satae essent] *Quin Galenus* σπαρείσας αὐτὰς εἰς τὰ προσήκοντα ἑκάσταις ἕκαστα ὄργανα χρόνου (*41e5*) *scripserit, minime dubitamus. Mendum versionis interpreti Arabico imputandum est ; cf. not. p.* ٩, *ad l. 15-16. Galenus cum* PLUTARCHO *et* PROCLO χρόνου *legisse videtur ;* χρόνων *habent libri Platonici AFY,* CICERO, CHALC., BURNET ; *cf. praef. p. 6, 16. — Locum prave interpretati sunt* CICERO (*Timaei interpr. 43, p. 227, 5 ss.*) : satis autem et quasi sparsis animis fore uti certis temporum intervallis oreretur animal, quod esset ad cultum deorum aptissimum [*cf.* CICERO, *De leg. I 8, 24* ; LACTANTIUS, *Div. inst. II 11, 1 ss., t. I p. 152 Brandt*], *et* CHALCIDIUS, *Tim. interpr. p. 45, 18 Wrobel* : oportebat porro satas eas certis legitimisque temporum vicibus...

praestantissimum apud creatorem] *Vocis* θεοσεβέστατον (*42a1*) *versio inepta ; cf. praef. p. 27, n. 12.*

21) < ... >] *Lacuna in codicibus Arabicis. Fortasse legendum* : < necesse fuit unum eorum generum > praestantius esse. *Cf. app. crit. p.* ١٠, *ad l. 1.*

25) sensum innatum] *42a5* αἴσθησιν σύμφυτον ; *cf. ad cap. IV, l. 6.*

voluptatem] ἔρως *42a7 ; cf. praef. p. 27, 10 ss.*

28) vita et regimen] *Versio duplex* (βιοῦν) ; *cf. praef. p. 26, 2 ss.*

29) moderaverint et vicerint] *Versio duplex* (κρατηθέντες *42b3*) ; *cf. praef. p. 26, 21.*

30-31) cuius .... grata fuerit] *42b3* καὶ ὁ μὲν εὖ τὸν προσήκοντα χρόνον βιούς. *Cf. praef. p. 27, n. 5.*

in eo (corpore) perseverare convenit grata fuerit, eius anima rursus revertetur ad eas stellas unde ipse fuit, ibique commorabitur, vitae suae regimen praestantissimum efficiens. Cuius autem vita ita non fuerit et qui in regimine suo peccaverit, in mulieris naturam in altera generatione con-
35 vertetur. Atque si et in hac natura non perseveraverit, rursus alia re mulctabitur, ad similitudinem condicionis suae in generatione sua, et in f quorundam ferorum animalium naturam convertetur. Neque converti desinet, donec primum, per motum illum qui ei inest et in una eademque condicione semper perseverat, a se rursus illas res eripuerit quae cum ١١
40 eis (?) tractae fuerint — illas scilicet quae in eo turbulentae et ratione expertes ex igni aqua aëre terra evaserint — easque ratione subiecerit et vicerit, ad primam suam condicionem quae est praestantissima tunc reversus.

Deinde dixit : Cum ergo in omnibus his rebus iustum transgressus g
45 est (?) et leges quas eis imposuerat instituit (?), illarum rerum alteram partem in altera temporis instrumenta sevit — inter quae terra esse

---

44-48) *42d2-5*

---

31) in eo (corpore) perseverare] *Add. interpres.*
eius anima] *Add. interpres.*

31-32) rursus .... commorabitur] *Mendum interpretis ; cf. not. p.* ١٠, *ad l. 9.*

33) praestantissimum] Verba καὶ συνήθη *(42b5) omiserunt* Galenus, Proclus *(In Tim. III 289, 28),* Stobaeus *(I 448, 25), codd. FY ; habet cod. A. Cf. praef. p. 6, 17 ss.*

33-34) cuius autem .... peccaverit] *Versio duplex* (σφαλεὶς *42b5) ; cf. praef. p. 26, 5 ss.*

35) in hac natura non perseveraverit] *Mendum interpretis ; cf. p.* ١٠, *ad l. 11.*

37-38) neque converti desinet] *Plato :* ἀλλάττων τε οὐ πρότερον πόνων λήξει *(42c4) ; cf. praef. p. 7, 11 s.*

40) cum eis (?) tractae fuerint] *Cf. app. crit. ad. p.* ١١, *l. 1. — Interpres nominativum* συνεπισπώμενος *(42c6) accusativum esse ratus, vocem manifestam inepte transtulit.*

41-42) subiecerit et vicerit] *Versio duplex* (κρατήσας *42d1) ; cf. praef. p. 27, l. 17 et n. 14.*

44-45) cum .... instituit (?)] *Versio duplex* (διαθεσμοθετήσας *42d2) ; cf. praef. p. 26, 15 ss. — Quod mendum interpretis attinet, cf. not. p.* ١١, *ad l. 4-5.*

45) illarum rerum] *Verba* ἵνα τῆς ἔπειτα... ἀναίτιος *omisit Galenus.*

46) temporis instrumenta] *Cf. supra ad l. 17-19. — Hic verba* ὄργανα χρόνου *ab interpretibus Latinis recte versa sunt ; cf.* Cicero, *Tim. interpr. 46, p. 227, 32 ss. :* quae cum ita designasset seseque, siquid postea fraudis aut vitii evenisset extra omnem

traditur, quod autem falsum esse opinor —, alteram vero partem in altera temporis instrumenta.

a VII. Deinde dixit : Creator autem — qui benedicatur et exaltetur — angelos animis corpora mortalia effingere eisque corporibus harum animarum quantum reliquum esset addere iussit. Illi autem suae creationis initium et originem ea fecerunt quae ex igni terra aqua aëre deprompserant et e mundi partibus selegerant. Deinde postea de rebus tractavit quas 5 animae cum corpore connexionis causa accidere necesse esset, et (exposuit) quare huius connexionis initio (anima) intellectu careret, et cur b intellectus postea secundus fieret. Deinde prioris rei causam humoris abundantiam facit, alterius autem causam siccitatem. Deinde dicit : creator

---

1-3) *42d5-e4* 3-5) *42e7-43a1* 5-9) *44a-b*

---

culpam causamque posuisset, alios in terram, alios in lunam, alios in reliquas partes, quae sunt spatiorum temporis signa et notae constitutae, spargens quasi serebat ; Chalcidius, *p. 46, 17* : Quibus cunctis fatalium legum promulgationibus in istum modum patefactis et expositis, nequa penes se deinceps ex reticentia noxae resideret auctoritas, sementem fecit eius modi deus ut partim in terra, partim in luna generis humani iacerentur exordia, partim in ceteris quae instrumenta temporis.

46-47) inter quae .... opinor] *Galenus Platonis verba haud recta vel mendosa iudicare videtur ; cf. praef. p. 14, 1 ss.*

VII. 1) qui benedicatur et exaltetur] *Cf. praef. p. 25, n. 3.*

2) angelos] *Cf. ad cap. VI, l. 1.*

4) initium et originem] *Versio arabica duplex* (ἀρχή *42e7*).

4-5) deprompserant et .... selegerant] *versio arabica duplex* (δανειζόμενοι *43a1*). — *Quem locum Galenus postea (cf. praef. p. 4, 21 ss.) retractavit ; cf. In Plat. Tim. Comm. p. 2 Schroeder :* φησὶ γὰρ ὁ Γαληνὸς ἐν τοῖς ἐν Τιμαίῳ ἰατρικῶς εἰρημένοις τῷ Πλάτωνι· οὕτως μόρια ἄττα δανεισάμενος ὁ δημιουργὸς πυρός τε καὶ γῆς καὶ ἀέρος καὶ ὕδατος διέπνευσε (διέπλασε ? *Schr.*) τὸν ἄνθρωπον. *V. etiam* Albin. *Did. p. 171 :* αὐτὸ δὴ δανεισάμενοι ἀπὸ τῆς πρώτης ὕλης μόρια ἄττα πρὸς ὡρισμένους χρόνους ὡς εἰς αὐτὸ πάλιν ἀποδοθησόμενοι τὰ θνητὰ ζῷα.

8) postea secundus] *Versio duplex arabica (cf.* ὕστερα *44c4).*

8-9) Deinde .... siccitatem] *Galenus humiditatis et siccitatis vocabula suam ipsius doctrinam secutus (cf. praef. p. 16, 7 ss.) in Platonis contextum introduxit. Cf. In Plat. Tim. Comm. p. 2 Schr. (=*Rhazes, *Continens I 4, fol. 8c)*: Dixit Timaeus in primo libro suo : constituerunt medici et physici certam dietam hominibus, qua non multiplicatur sanguis in eis, quod multiplicatio humiditatum in corporibus administrat

10 — qui honore et maiestate eminet — simul ac hominem creavit, primum eius membrorum caput creare instituit idque utriusque conversionis divinae particeps reddidit et, ut uno verbo utar, (totum) hominem quadam tantum particula exempta in hoc membrum introduxit. Dicit enim omnia membra ad capitis servitium creata esse: crura enim ad progrediendum ١٢
15 et manus ad tenendum et oculos ad videndum. Quod fieri dicit propter substantiam splendidam et lucidam quae (emissa) ex pupilla egreditur c

10-13) *44d3 ss.* 14-15) *44d7-45a2* 15-19) *45b2-d3*

defectum in intellectu .. et quoniam cerebrum humectatur, deficit eorum ingenium, sicut accidit, in ebrietate. *V. etiam Schroederi adnotationes, et praecipue* GALEN. *Quod an. mores 4 (Scr. min. II 1, p. 42, 8 ss.)*: ... πρότερον ἀναμνήσας ὃν ὁ Πλάτων ἔγραψε λόγον, ὑπὸ τῆς τοῦ σώματος ὑγρότητος εἰς λήθην ἔρχεσθαι τὴν ψυχὴν ὧν πρότερον ἠπίστατο πρὶν ἐνδεθῆναι τῷ σώματι· λέγει γὰρ ὧδέ πως αὐτοῖς ῥήμασιν ἐν Τιμαίῳ κατ' ἐκεῖνο τὸ χωρίον τοῦ συγγράμματος, ἔνθα φησὶ τοὺς θεοὺς δημιουργῆσαι τὸν ἄνθρωπον ἐνδοῦντας τὴν ἀθάνατον ψυχὴν 'εἰς ἐπίρρυτον σῶμα καὶ ἀπόρρυτον' εὔδηλον ὅτι τὴν ὑγρότητα τῆς τῶν βρεφῶν οὐσίας αἰνιττόμενος. ἐφεξῆς γοῦν τούτοις τάδε φησίν (*43a6-7* ἔφερον) καὶ μετ' ὀλίγα πάλιν (*b5-7* ἑκάστοις). καὶ μέντοι καὶ διελθὼν αὐτὰ πάλιν ἐφεξῆς φησι (*44a7-b7*). 'ὅταν', φησίν, 'τὸ τῆς αὐξήσεως καὶ τροφῆς ἔλαττον ἐπίῃ ῥεῦμα', τὴν ὑγρότητα δηλονότι λέγων τὴν ἔμπροσθεν εἰρημένην τῆς κατὰ ψυχὴν ἀνοίας αἰτίαν γιγνομένην, ὡς τῆς μὲν ξηρότητος εἰς σύνεσιν, τῆς δὲ ὑγρότητος εἰς ἄνοιαν ἀγούσης τὴν ψυχὴν κτλ.

10) qui .... eminet] *Cf. praef. p. 25, n. 3.*

11-12) utriusque conversionis divinae particeps] *Cf. 44d3*: τὰς μὲν δὴ θείας περιόδους δύο οὔσας, τὸ τοῦ παντὸς σχῆμα ἀπομιμησάμενοι περιφερὲς ὄν, εἰς σφαιροειδὲς σῶμα ἐνέδησαν, τοῦτο ὃ νῦν κεφαλὴν ἐπονομάζομεν, ὃ θειότατόν τέ ἐστιν...

12-13) (totum) hominem .... introduxit] *Cf. etiam Tim. 70a. — Galenus in secundo libro De placit. Hippocr. et Plat. doctrinam Stoicorum (et* ARISTOTELIS, *cf. e. g. De part. an. γ3, 665a11) confutaverat, qui cor omnium esse principium voluerunt animamque in eo collocaverunt; cf. imprimis ibid. II 189, 13 ss. 208, 2 ss. Mueller, et* JAEGER, *Nemesios von Emesa p. 25 ss. V. etiam* GALEN. *De remed. part. I prooem. (XIV 313, 10 Kuehn)*: ἀπὸ κεφαλῆς ἀρξάμενοι· αὕτη γὰρ καθάπερ τις ἀκρόπολίς ἐστι τοῦ σώματος καὶ τῶν τιμιωτάτων καὶ ἀναγκαιοτάτων ἀνθρώποις αἰσθήσεων οἰκητήριον. APUL. *De Platone I 13 (p. 97, 12 Thomas)*: totum vero hominem in capite vultuque esse; nam prudentiam sensusque omnis non alias quam illa parte corporis contineri; cetera enim membra ancillari et subservire capiti *etc.* ALBINUS, *Did. p. 172, 20*; TIM. LOCR. *99c, 100a. — Cf. praef. p. 15, 10 ss.*

15) quod fieri dicit] *An lacuna in textu Arabico statuenda*: <Visum autem> fieri dicit...?

16) substantiam splendidam et lucidam] *Versio duplex. Galenus* αὐγοειδὴς οὐσία *scripsisse videtur; cf. De placit. Hippocr. et Plat. p. 610, 1 Mueller*: ὅτι γὰρ διὰ ἐκείνων τῶν νεύρων αὐγοειδὲς φέρεται πνεῦμα. *Itidem De usu partium, XVI 3 (v. ad l. 22).*

atque cum aëre qui nos circumdat coniungitur, et dum ei similis est cum illo permiscetur et sicut et ille permutatur permutatur, ita ut res percipiamus quae extrinsecus (appareant). Hanc autem orationem iam in septimo tractatu libri mei *De placitis Hippocratis et Platonis* exposui, ubi 20 etiam plura (invenies). Et argumenta genuinis demonstrationibus fulta in tertio decimo tractatu libri mei *De demonstratione* affero. Sed Plato in libro suo qui *Timaeus* inscribitur, etiam de simulacris locutus est quae non **d** < nisi in somniis apparent et de simulacris quae > in speculis apparent. Et utilitatem quam ex visu nanciscimur et utilitatem quam ex auditu 25 nanciscimur exposuit, et utrumque propter philosophiae generationem factum esse dixit.

23-24) *45d3-46a3* 25-27) *47a1-3 ; 47c5 ; 47b1*

---

17) cum aëre qui nos circumdat] *Cf.* GALEN. *De Placit. p. 609, 6*: ὅταν ἐπὶ τοῦ περιέχοντος ἀέρος ; *ibid. p. 616, 12.*

dum ei similis est] *Cf. 45c4* : τότε ἐκπῖπτον ὅμοιον πρὸς ὅμοιον. *45c8* : ὁμοιοπαθὲς δὴ δι' ὁμοιότητα.

18) sicut et ille permutatur] *Cf.* GALEN. *De Placit. p. 617, 6* : ,.. τὸν ἐφεξῆς ἀέρα βλέπομεν εὐθέως ἀπολλύντα τὴν αὐγήν, ὡς ἐν τῷ μεταβάλλειν φωτοειδῆ γινόμενον, οὐκ ἐν τῷ μεταβεβληκέναι διαμένοντα. *Cf. etiam. praef. p. 16, 9.*

20) in septimo .... Platonis] *Cf. praef. p. 4, 12 ss. — De Placit. VII, p. 627, 10 (ad 45b2-c3) ; 628, 7 (45c3-d3) ; 629, 3.*

22) tertio decimo] duodecimo *codices. Cf. praef. p. 4, 10. — De usu partium XVI 3 (t. II 384, 13 Helmreich)* : ... ὥστ', εἰ βουληθείης ἐπὶ σχολῆς πολλῆς βασανίσαι τὰς ἀποδείξεις, ἃς εἴπομεν ἐν ἄλλοις τέ τισι καὶ τῷ τρισκαιδεκάτῳ Περὶ ἀποδείξεως ὑπὲρ τοῦ τὸ τῆς ὄψεως ὄργανον αὐγοειδὲς ἔχειν πνεῦμα διὰ παντὸς ἐπιρρέον ἐξ ἐγκεφάλου, θαυμάσεις τῶν ὀπτικῶν νεύρων τὴν κατασκευήν. *In Hippocr. Prorrh. I 23 (Corp. Med. Gr. V 9, 2), p. 236, 17 Diels* : ἐπιδέδεικται δὲ καὶ τοῦτο κατὰ τοὺς ἰδίους τῆς ὄψεως λόγους, ὡς ἐν τῷ τρισκαιδεκάτῳ Περὶ ἀποδείξεως καὶ τῷ ἑβδόμῳ Περὶ τῶν Ἱπποκράτους καὶ Πλάτωνος δογμάτων ἔγραψα· λέλεκται δ'οὐκ ὀλίγα περὶ αὐτοῦ καὶ κατὰ τὸ δέκατον τῶν Περὶ χρείας μορίων. *Cf. etiam* I. v. MUELLER, *Ueber Galens Werk vom wissenschaftlichen Beweis, p. 473 s.*

24) <nisi .... simulacris quae>] *Lacuna in textu Arabico ex homoeoteleuto orta ; cf. 45d-46a.*

in speculis] *Cf. 46a2* : τὸ δὲ περὶ τὴν τῶν κατόπτρων εἰδωλοποιίαν.

25-26) utilitatem .... nanciscimur] *Cf. 47a2* : τῆς μεγίστης ὠφελίας γέγονεν ἡμῖν.

26) philosophiae] *Cf. 47b1* : φιλοσοφίας γένος.

VIII. Causam igitur generationis omnium rerum quas creatas hucusque commemoravit, intellectum esse opinatur; generationem autem ceterarum quae exstant rerum quas in proximis commemorabit, necessariam esse opinatur. Nam generatio mundi necessitate et intellectu permixta est; 5 et intellectus necessitati moderatur, <cui persuadet> ut rerum quae fiant plerasque ad optimam atque praestantissimam condicionem redigat. Deinde dixit: Ortus igitur est hic mundus necessitatis (persuasioni) oboedientia. Necessitatem vero causam erraticam nuncupat, quae vox apud eum perturbationem indicat et id quod ordinis et constantiae expers est. **a** **b**

10 Deinde ad huius rei descriptionem reversus de terrae ignis aquae aëris reciproca commutatione disseruit. Rem vero quae istis omnibus communis est et in eorum commutatione permanet, generationis matrem et nutriculam ١٣

1-4) *47e3-5* 4-7) *47e5-48a4* 8) *48a7*
10-11) *48b3-5* 11-14) *48e2-51b2*

VIII. 1-2) quas .... commemoravit] *Cf. 47e3*: τὰ μὲν οὖν παρεληλυθότα τῶν εἰρημένων... ἐπιδέδεικται τὰ διὰ νοῦ δεδημιουργημένα.

3-4) quas.... necessariam esse opinatur] *Cf. 47e4*: δεῖ δὲ καὶ τὰ δι' ἀνάγκης γιγνόμενα τῷ λόγῳ παραθέσθαι.

5) <cui persuadet>] τῷ πείθειν αὐτήν *48a2-3. Lacuna in textu Arabico.*

6) optimam atque praestantissimam] *Versio duplex* (ἐπὶ τὸ βέλτιστον *48a3*).

7) necessitatis (persuasioni) oboedientia] *Cf. 48a4*: ἀνάγκης ἡττωμένης ὑπὸ πειθοῦς.

8) causam erraticam] *48a7*: τῆς πλανωμένης... αἰτίας. *Cf.* PLUTARCH. *De an. procr. 23, 1024b1-9; 27, 1026c11-d3; 5, 1014c8-12; 7, 1015e7-f7.*

perturbationem] *vocabulum* tašwīš *voci Graecae* θορυβός *respondere videtur; cf. cap. VI, l. 40, ubi Graecum* θορυβώδης *Arabice* mutašawwiša (turbulentae) *redditur.*

9) ordinis et constantiae] *Versio duplex? Sed cf.* PLUTARCH. *De an. procr. 33, 1029e5*: ἀταξίαν καὶ πλημμέλειαν, *ibid. 7, 1015e6*: τάξεως καὶ συμφωνίας.

10) reversus] *Cf. 48b1*: ὧδε οὖν πάλιν ἀναχωρητέον; *b3*: πάλιν ἀρκτέον ἀπ' ἀρχῆς.

terrae .... aëris] *Cf. praef. p. 12, 25 sq.*

12) matrem] μητέρα *50d3; 51a5.*

nutriculam] *Cf. 49a5-6*; πάσης εἶναι γενέσεως ὑποδοχὴν αὐτὴν οἷον τιθήνην. *Cf.* SIMPL. *In. Phys. 249, 1*: διὸ καὶ ὁ Πλάτων ποτὲ μὲν μητέρα ποτὲ δὲ χώραν αὐτὴν καλεῖ· ἀναλογεῖν δ'ἂν μητρὶ λέγοις καὶ καθόσον διαστατικὴ καὶ διαιρετικὴ τῶν εἰδῶν ἐστιν ἡ ὕλη, ὥσπερ τῶν πατρικῶν σπερμάτων αἱ μητέρες καὶ τῶν βρεφῶν τρέφουσαι καὶ αὔξουσαι αὐτὰ εἰς μείζονα ὄγκον· διὸ καὶ τιθήνην αὐτὴν ὁ Πλάτων καλεῖ.

nuncupavit. Et dixit : Ea inde ab initio posita est . . . . . . patri comparavit. Mundus enim e materia et forma ortus et natus est.

a IX. Deinde postea orationem communem de omnium formarum existentia habet, quae ipsius verbis huiuscemodi est : Si igitur intellectus et opinio vera duo genera sunt, species per se ipsas stantes esse necessario oportet, <quas> non sentimus, <sed> solum cogitatione comprehendimus. Si autem, sicut nonnulli arbitrantur, opinio vera et intellectus ita inter se 5 differunt, ut omnium eorum quae in corpore sint nihil exstet quod sensibus percipere possimus, certo et tutissime statuere debemus his duabus

---

2-29) *51d3-52b5* .

---

13) inde ab initio .... comparavit] *Locus vexatissimus necdum sanatus; cf. quae in apparatu critico textui Arabico subiecto diximus.*

patri] *Cf. 50d3* τὸ δ'ὅθεν πατρί.

14) e materia et forma] *Verba Galeni ; cf. praef. p. 9, 4 ss.— Similiter etiam* Simpl. *In Phys. 26, 7 (= Doxogr. Graeci, p. 484, 19)* : ὁ μέντοι Θεόφραστος τοὺς ἄλλους προϊστορήσας 'τούτοις, φησίν, ἐπιγενόμενος Πλάτων, τῇ μὲν δόξῃ καὶ τῇ δυνάμει πρότερος τοῖς δὲ χρόνοις ὕστερος καὶ τὴν πλείστην πραγματείαν περὶ τῆς πρώτης φιλοσοφίας ποιησάμενος, ἐπέδωκεν ἑαυτὸν καὶ τοῖς φαινομένοις ἁψάμενος τῆς περὶ φύσεως ἱστορίας ἐν ᾗ δύο τὰς ἀρχὰς βούλεται ποιεῖν· τὸ μὲν ὑποκείμενον ὡς ὕλην ὃ προσαγορεύει πανδεχές, τὸ δὲ ὡς αἴτιον καὶ κινοῦν ὃ περιάπτει τῇ τοῦ θεοῦ καὶ τῇ τοῦ ἀγαθοῦ δυνάμει'. — *Ibid. 7, 24 :* ... τὴν σωματικὴν φύσιν εἴς τε τὴν ὕλην καὶ τὸ εἶδος ἀνέλυσεν, ὡς πρὸ αὐτοῦ Πλάτων καὶ πρὸ τοῦ Πλάτωνος ὁ Πυθαγορικὸς Τίμαιος· προσεχῆ μὲν τὰ τέτταρα στοιχεῖα ποιήσαντες, πρὸ ἐκείνων δὲ τὰ ἐπίπεδα, ἀρχὰς δὲ πρώτας στοιχειώδεις τὴν ὕλην καὶ τὸ εἶδος. *Ibid. 179, 13 ; 223, 10 ; 245, 9.* — Porphyr. *ap.* Joann. Philop. *De aetern. mundi, 145, 18 ; 154, 23 ss.* Baeumker, *Das Problem der Materie, p. 373 ss.*

ortus et natus est] *Versio duplex* (γέγονεν). *Cf.* Cicero, *Interpr. Tim. 6, p. 215, 23, ubi vox* τὸ γεγονός *(29a2) per* quod generatum ortumque dicimus *reddita invenitur.*

IX. 1) orationem communem] *Cf. praef. p. 16, 13 ss.* Ficinus *in marg.* : provat breviter esse ideas.

formarum] *Cf. praef. p. 9, 7 ss.*

2) quae .... est] *Cf.* Galen. *Quod an. mores, 4 (Script. min. II 42, 12)* : λέγει γὰρ ὡδέ πως αὐτοῖς ῥήμασιν ἐν Τιμαίῳ [*cf. supra, ad cap. VII, l. 8-9*].

3) species] *Cf. praef. p. 9, 10 ss. et p. 28, 9 ss.*

necessario oportet] *Utrum* παντάπασιν *correspondeat an interpres addiderit ?*

5-8) inter se .... attribuendas esse] *Interpres verba* διαφέρει τὸ μηδὲν . . . . λεκτέον ἐκείνω *(51d6-e1) perperam intellexit ; cf. notulas p.* ١٣, *ad l. 8 et 9.*

7) certo et tutissime] *Versio duplex* (βεβαιότατα *51e1*).

(rebus) duas species attribuendas esse : origines enim distinctas habent **b**
et inter se dissimiles sunt. Nam altera doctrina, altera autem persuasione
10 in nobis oritur ; et prioris generatio semper ratione vera fit, alterius
autem sine ratione. Et prior quidem persuasione non movetur, altera ١٤
autem, persuasione immutatur. Cuius vero omnes homines participes
esse dici oportet ; intellectus contra maxima pars angelis, exigua vero
hominibus inest. Quae cum ita sint, speciem quae angelis insit unam
15 esse concedendum est, eamque non generatam esse neque perituram **c**
neque impressionem alius partis suae in aliam recepturam neque in alia
praeter se ipsam re agentem ; atque esse invisibilem et insensibilem. Quae
cum ita sint ut exposuimus, in id quod intellectus percipit nobis inquirendum est. Quod autem nomine (tantum) cum eo congruit, simile (qui-
20 dem) eius est, (sed) secundum post illud, sensibile, generatum, semper

---

8) duas species] *Diiudicare nequimus, utrum* Galenus *ipse (forsitan recte) aut librarius Graecus* δύο <εἴ>δη [*vel* δύο δὴ <εἴδη> *vel* δύο δ'<εἴδ>η] pro δύο δὴ (*sic Timaei libri*) *scripserit, an interpres (Syriacus) hanc lectionem suo arbitrio coniecerit. Cf. praef. p. 7, 10, et p. 24, 20.* — U. v. Wilamowitz (*ap.* E. Sachs, *Die fuenf platonischen Koerper, Berlin 1917, p. 195, n. 1*) δύο <δὲ> δὴ *coniciendum esse putaverat.*

13) maxima pars] *Add. interpres.*

angelis] *51e6* θεούς. *Cf. praef. p. 25, 1 et supra ad cap. VI, l. 1.*

13-14) exigua vero hominibus] *Versio vix accurata.*

quae angelis insit] *Mendum interpreti debetur ; cf. not. p.* ١٤, *ad l. 4.*

15) non generatam] *52a1 :* ἀγέννητον *cod. F,* Galenus, Burnet ; ἀγένητον Simpl. *In Phys. 539, 15.*

16) neque .... recepturam] *52a3 :* οὔτε εἰς ἑαυτό : οὔτε αὐτό Simpl. *In Phys. 26, 21 ; 43, 16 ; 224, 30 ; 245, 13, et, ut videtur,* Galenus.

impressionem] *Add. Interpres.*

17) agentem] *Codex Galeni ab interprete excussus mendum* ποιοῦν *pro genuina lectione* ποι ἰόν *exhibuisse videtur, sicut codices DEE*[a] Simplicii (*In Phys. 26, 21*) *et DE (ibid. 43, 16) et D (ibid. 224, 31). Cf. praef. p. 7, 6; et p. 24, 13.*

insensibilem] ἄλλως (*52a4*) *non vertit interpres* (καὶ ὅλως Simpl. *In Phys. 43, 17*).

17-18) Quae cum .... exposuimus] *Add. interpres.*

18-19) nobis inquirendum est] *Versio inepta ; cf. not. p.* ١٤, *ad l. 6.*

20) secundum post illud] *Versio duplex* (δεύτερον *52a5*). *Interpres propositionis Graecae syntaxin perperam intellexit ; cf. not. p.* ١٤, *ad. l. 7.*

generatum] γεννητόν *codd. AFY,* Galenus, Burnet ; γενητόν *cod. P.* Simpl.

. . . . . ; generatur in aliquo loco et inde corrumpitur, eiusque comprehensio opinione et sensu fit. Genus autem tertium corruptionem non d admittit, et omnibus rebus quae generantur stabilitatem et firmitatem exhibet ; absque sensu tangitur et mendacii arguit id quod fallax opinio verum esse credit. Quod autem, cum cernimus somnium esse videtur, 25 et de eo disserimus (cum dicimus) hanc rem quae exsistat — quatenus exsistit — in aliquo loco esse oportere qui ab ea occupetur. Nam quod neque in terra neque caeli alibi est nihil est. — Hic Platonis verborum est finis.

10 X. Plato cum hac oratione unicuique rei generatae speciem intellegibilem esse exposuisset, post haec ignis aquae terrae aëris species divisit. Atque dixit : ignis species figura ignea est, et terrae species figura cubica,

1-2) *54d6ss.* 2) *55d7-8* 3) *56b4* 4) *55d8-e1*

21) semper ....] *Vox Arabica quae Graecae* πεφορημένον [*sive* πεφονημένον *sive* πεφωνημένον] *respondet, in codicibus corrupta evasit.*

22) genus autem tertium] τὸ τῆς χώρας ἀεί *omisit* GALENUS. *Cf.* ARISTOT. *Phys.* δ2, *209b11* : διὸ καὶ Πλάτων τὴν ὕλην καὶ τὴν χώραν ταὐτό φησιν εἶναι ἐν τῷ Τιμαίῳ. *Ibid. b15* : ... τὸν τόπον καὶ τὴν χώραν τὸ αὐτὸ ἀπεφήνατο. *V. etiam* SIMPL. *In Phys. 539, 8 ss.*— *Hoc modo* GALENUS, *quam de spatio habet opinionem diversam tacite celat. Cf. praef. p. 16, 12.*

23) stabilitatem et firmitatem] *Versio duplex* (ἕδραν *52b1*).

24-25) mendacii .... credit] *52b3* λογισμῷ τινι νόθῳ μόγις πιστόν. *Interpres orationem Graecam perperam intellexit ; cf. not. p.* ١٤, *ad l. 9-10.*

26-27) quatenus exsistit] *52b5* ἅπαν ?

27) in aliquo loco .... qui ab ea occupetur] *cf. 52b* : που... ἔν τινι τόπῳ καὶ κατέχον χώραν τινά. GALENUS *iterum vocem* χώραν *consulto omisit.* — *An* GALENUS κατεχόμενον *habuit ?*

X. 1) speciem] εἶδος (*54d5*) ; *cf. praef. 9, 10 ss.*

2) ignis .... aëris] *Cf. praef. 12, 26.*

3) atque dixit] *Cf. praef. p. 12, 23* ; GALEN. *De placit. VIII, 670, 7 ss. ; 671, 14 ss. Mueller.*

figura] σχῆμα ; *cf.* ALBIN. *Didasc. c. XIII, p. 168, 14 ss.*

ignea] *Vox* πυραμίς *ab interprete* πυροειδής *explicata ; cf. not. p.* ١٠, *ad l. 3.*

et aquae species ea figura est quae viginti bases habet, et aëris species ea
5 figura est quae octo bases habet. Deinde dixit: Etiam alia forma exstat propter totum mundum exstructa; indicavit autem figuram quae duodecim bases habet.

Deinde postea tria (horum) elementorum inter se commutari exposuit, **b** terram autem in statu suo firmam et immutatam perseverare. (Elemento-
10 rum) vero istorum quae commemorata sunt unumquodque in ea parvitate putandum esse ut nemo id separatum (et) solum percipere possit. Nam illae res magnae quae sensu videntur, ex multis istorum compositae sunt necnon ex aliis rebus eis permixtis quae non eiusdem generis sunt. Intervalla enim (quae inter) magnas (particulas exstant) illis parvis replentur, quia inter

---

4-5) *55a8-b3* 5) *55a4-7* 6-7) *55c4-5*
8-9) *56d-e* 10-13) *56b7-c3* 13-17) *58a5-c4*

---

6) propter totum mundum] *Platonici longe lateque disputaverunt utrum Plato in Timaeo quattuor tantum elementa recognoverit, an cum Aristotele et cum libelli qui Epinomis inscribitur auctore quinque elementa instituerit. Timaeus enim semper quattuor tantum elementa commemorat (cf. 55e-56e), etsi 54d-55c quinque corporum figuras geometricas inveniri asserit. De dodecaëdro vero 55c4 ita loquitur:* ἔτι δὲ οὔσης συστάσεως μιᾶς πέμπτης, ἐπὶ τὸ πᾶν ὁ θεὸς αὐτῇ κατεχρήσατο ἐκεῖνο διαζωγράφων, *quod nonulli non de aetheris elementi figura, sed de totius mundi configuratione dictum esse affirmant. Cf.* TIM. LOCR. *98e;* τὸ δωδεκάεδρον εἰκόνα τοῦ παντὸς ἐστάσατο ἔγγιστα σφαίρας ἐόν. AËTIUS, *II 6, 5 (= Doxogr. Graeci, p. 335, 1*: ἐκ δὲ τοῦ δωδεκαέδρου τὴν τοῦ παντὸς σφαῖραν. PLUTARCH. *Quaest. Plat. V 1, 1003c*: πότερον, ὡς ὑπονοοῦσιν ἔνιοι, τὸ δωδεκάεδρον τῷ σφαιροειδεῖ προσένειμεν... *De defectu orac. 422f*: ... ἔσχατον δὲ τὸν περιέχοντα τούτους, ᾧ τὸ δωδεκάεδρον... σχῆμα ἀπέδωκεν. ALBIN. *Didasc. c. XIII, p. 168, 10 ss. (cf.* R. E. WITT, *Albinus and the History of Middle Platonism, Cantabr. 1937, p. 77).* ATTICUS, *ap.* EUSEB. *Praep. ev.* XV 7, *469b ss. (cf.* J. BAUDRY, *Atticos, Fragments, avec introd. Paris, « Les Belles Lettres », 1934)*; PROCLUS, *In Tim. I 60, 25; 63, 11; III 141, 23. Vide etiam* EVA SACHS, *Die fuenf platonischen Koerper (Berol. 1917), p. 9 ss.;* A. E. TAYLOR, *Commentary, p. 377 s.*

8) elementorum] *Cf. ad cap. XX, l. 5.*

9) terram .... perseverare] *Cf.* ALBIN. *Didasc. c. XIII, p. 168, 18*: ... γῆ στερεωτάτη ὑπαρχούσῃ καὶ ἑδραιοτάτῃ. TIM. LOCR. *98c*: βαρύτατόν τε καὶ δυσκίνατον ἁ γᾶ, ἀμετάβλητόν τε σῶμα ἐς ἄλλα.

11) putandum esse] *Lectio incerta; cf. app. crit. p. 10, ad l. 7-8.*
separatum (et) solum] *Cf. 56c1*: καθ' ἓν ἕκαστον.

12) res magnae] *Cf. 56c3*: τοὺς ὄγκους.

12-13) necnon .... generis sunt] *Addidit Galenus.*

13) intervalla] *Cf. 58b5*: τὰ τῶν μεγάλων διάκενα.

c eas spatium inane relinqui non conceditur. Haec vero est causa propter quam eorum motus et reciproca commutatio continue perseverant et altera altera disiungunt atque coniungunt.

a XI. Deinde postea dixit: Et unicuique horum quae commemoravimus generum multa alia genera insunt; et (exposuit) quae uniuscuiusque eorum natura esset, et quomodo inter res singulares quae ex uno et altero compositae essent, dissimilitudo oreretur. Dixit igitur: Genera ignis tria sunt,
יו flamma scilicet et lux et pruna. <Genera autem aëris....>. Aquae autem 5
primum dixit duo genera esse quorum unum liquidum, alterum fusile.
b Deinde postea de auri et lapidis qui adamantis nomine innotuit, et aëris et aeruginis generatione verba fecit, eaque generis fusilis esse statuit. Deinde postea ad aquae alterum genus, liquidum scilicet, perrexit dicens: huius (generis) quod fluidum est, partes igneas permixtas continet; quod 10
autem fluidum non est, his partibus caret. Huiusque generis quod supra

4) *58c5-8* 5) *58d1-4* 5-14) *58d4-59e6*

17) disiungunt atque coniungunt] *Cf. 58b6*: καὶ τῶν ἐλαττόνων τὰ μείζονα διακρινόντων, τῶν δὲ μειζόνων ἐκεῖνα συγκρινόντων.

XI. 1-2) Et unicuique ..... insunt] *Galeni verba in textu Arabico Platoni assignantur. An legendum:* Deinde postea de unoquoque horum .... generum disseruit (dicens) iis multa alia genera inesse *etc.*? *Cf. app. crit. ad l.*

3) res singulares] τὰ κατὰ μέρος *vel* τὰ μερικά *vel* τὰ καθ'ἕκαστον.

4) dissimilitudo oreretur] *Cf. 58c2*: ἡ τῆς ἀνωμαλότητος διασῳζομένη γένεσις.

tria] *58c5* πυρός τε γένη πολλὰ γέγονεν. *Sed cf. l. 2*: multa ... genera.

5) lux] *Aliter Plato (58c6)*: τό τε ἀπὸ τῆς φλογὸς ἀπιόν, ὃ κάει μὲν οὔ, φῶς δὲ τοῖς ὄμμασιν παρέχει.

pruna] *Aliter Plato (58c7)*: τό τε φλογὸς ἀποσβεσθείσης ἐν τοῖς διαπύροις καταλειπόμενον αὐτοῦ. *Cf.* GALEN. *De plac. VII 627, 4 M*: λέγει δὲ καὶ περὶ τοῦ τῆς ὄψεως ὀργάνου, ὅτι πυρός ἐστι τοῦ καθαρωτάτου γένους, ὅπερ αὐτὸς αὐγήν τε καὶ φῶς ὀνομάζει, διαφέρον ἄνθρακός τε καὶ φλογός· φησὶ γοῦν (*58c5-8*). *V. etiam* TIM. LOCR. *99b*: ἕκαστον δὲ τῶν τεττόρων σωμάτων πολλὰ εἴδεα ἔχει, πῦρ μὲν φλόγα καὶ αὐγάν.

< .... >] *Lacuna ex homoeoteleuto orta; cf. 58d1-4.*

6) primum] *Cf. not. p.* יו, *ad l. 1.*

10-14) huius generis .... pruina fit] *Cf.* TIM. LOCR. *99c*: ὕδωρ δὲ τὸ μὲν ῥέον, τὸ δὲ πακτόν, ὁκόσον χιών τε καὶ πάχνα χαλαζά τε καὶ κρύσταλλος.

terram condensatur grando est, quod vero in superficie (terrae) condensatur glacies est. Quando autem condensatio imperfecta sit, si supra terram nix, si vero in superficie terrae pruina fit.

15 Deinde postea dixit: Pleraeque species aquae aliis rebus permixtae **c** sunt, et totum earum genus e plantarum stillationibus (oritur) quae suci vocantur; et propter eorum permixtionem nullam in eis invenies rem quae alteri similis sit. Cetera autem quae exstant (aquae) genera nomine carent, praeter quattuor species eorum igneas <quas> lux <permeat>; 20 nomen enim exhibent: <Quarum una> est vinum quod animam et corpus calefacit; altera autem levis est et lucem disiungit — qua de re cum aspicitur, lux et splendor et pinguitudo in ea apparent — et haec est species **d** olearia, ut pix et cici et oleum et omne quod hoc genere comprehenditur. Tertia vero (species), quae ad venas in ore effunditur et cuius dulcedo 25 illic apparet, mel nuncupata est. Quarta autem, quae carnem comburendo liquefacit cuiusque genus spumosum et ab omnibus sucis distinctum est, lac nuncupata est. — Hoc est sermo quem Plato in specierum aquosarum descriptionis fine protulit.

15-28) *59e6-60b5*

---

15) aliis rebus] *59e6*: ἀλλήλοις! *Cf. not. p.* יז *ad l. 8; praef. p. 24, 12.*

16) stillationibus] *Verba* ἐκ γῆς *(60a1) om. Galenus.*

17) permixtionem] *60a1* διὰ δὲ τὰς μείξεις.

invenies] *Add. interpres.*

18) cetera . . . . quae exstant] πολλά *(60a2) om. Galenus vel codex Galeni ab interprete excussus.*

20) et corpus] μετὰ τοῦ σώματος *60a5.*

21-22) cum aspicitur . . . . . apparent] *Versio parum elegans; cf. 60a6*: διὰ ταῦτά τε ἰδεῖν λαμπρὸν καὶ στίλβον λιπαρόν τε φανταζόμενον.

23) hoc genere] *Plato*: τῆς αὐτῆς δυνάμεως *60a8.*

24-25) quae ad venas . . . . apparet] *Cf. 60b1*: ὅσον δὲ διαχυτικὸν [μέχρι φύσεως *om. Galenus*] τῶν περὶ τὸ σῶμα συνόδων, ταύτῃ τῇ δυνάμει γλυκύτητα παρεχόμενον. *Galenus artis suae vocabula locutioni Platonicae praetulit.*

27) lac] ὀπός *Graecum potius* fermentum *significat.*

specierum aquosarum] *Cf. etiam* THEOPHRAST. *ap.* GALEN. *De simpl. med. I 38 (t. XI, p. 351, 11 ss. Kuehn); Itidem* THEOPHRAST. *De sensu (= Doxogr. Graeci, p. 525, 4).*

١٧ XII. Deinde postea terrae species descripsit atque primum de cunctorum lapidum generatione disseruit, deinde de eorum lapidum generatione quos lux permeat et de argilla et de saxo nigro ; deinde de nitri et salis generatione locutus est. Deinde dixit : Terrae summam condensationem nec aqua nec aër, sed ignis tantum dissolvit ; condensationem au- 5 tem <terrae quae non summa est, et ignis et aqua dissolvunt. Aquae vero summam condensationem ignis tantum dissolvit ; condensationem vero b aquae> quae non summa est, et ignis et aër dissolvunt. Aëra vero summa (vi) condensatum nihil dissolvit nisi quod actioni illius elementi proprium sit ; aëra autem qui summa (vi) non condensatur ignis tantum liquefacit. 10

Deinde de rebus quae ex terra et aqua permixtae sunt (haec) dixit : ex eis vero quae minus aquae quam terrae continent, genus vitri et omnes qui liquescunt lapides fiunt ; ex eis autem quae plures aquea partes quam terrae continent, corpora cerae instar et corpora resina- c cea fiunt. Et haec omnia ignis tantum dissolvit. Terrae enim cavitates 15 summa (vi) ab aqua coartantur et conglutinantur, <adeo ut aqua ea non liquefaciat> sed ignis tantum penetret. Nam aqua corpora hoc modo (constituta) quando extrinsecus attingit, penetrare nequit, sed ea orbiculatim circumfluit.

1-4) *60b6-e3* 4-10) *60e4-61a7* 11-15) *61b6-c3* 15-19) *61a8-b4*

XII. 3) quos lux permeat] *60c6* : διαφανής.
argilla] *60d2* : κέραμον.
saxo nigro] *Cf. 60d4* : τὸ μέλαν χρῶμα ἔχον λίθος.
nitri] *Cf. 60d9* : λίτρον.
4) salis] *60e1* : ἁλῶν.
4-6) terrae . . . . dissolvunt] *Cf. 60e4* : γῆς ὄγκους πῦρ μὲν ἀήρ τε οὐ τήκει ; *e9* : γῆν γὰρ ἀσύστατον ὑπὸ βίας οὕτως ὕδωρ μόνον λύει, συνεστηκυῖαν δὲ πλὴν πυρὸς οὐδέν.
6-7) <. . . . .>] *Lacuna in textu Arabico ex homoeoteleuto orta ; cf. praef. p. 30,13.*
6-8) aquae . . . . dissolvunt] *61a2* : τὴν δὲ ὕδατος αὖ σύνοδον τὴν μὲν βιαιοτάτην πῦρ μόνον, τὴν δὲ ἀσθενεστέραν ἀμφότερα, πῦρ τε καὶ ἀήρ, διαχεῖτον.
8-9) aëra . . . . condensatum] *61a5* : βίᾳ δὲ ἀέρα συστάντα.
9-10) nisi . . . . proprium sit] *Cf. not. p.* ١٧, *ad l. 6-7.*
10) ignis] *Correximus (cf. 61a7)* ; aqua *codices.*
11) de rebus] σωμάτων *(61a8) om. Galenus.*
13) omnes . . . . lapides] *Mendum interpretis ; cf. not. p.* ١٧, *ad l. 9.*
16) coartantur et conglutinantur] *Versio duplex. Cf. 61a8* : μέχριπερ ἂν ὕδωρ... τὰ τῆς γῆς διάκενα καὶ βίᾳ συμπεπιλημένα κατέχῃ.
16-17) <. . . . .>] *Lacuna ex homoeoteleuto in textu Arabico orta.*

XIII. Deinde post hunc sermonem de affectionibus quae in cor- a
poribus accidunt et de causis quae haec efficiunt se locuturum esse
pollicitus est. Dixit igitur : praestat hic a sensu capere exordium. Deinde ١٨
dixit : ea quae nobis ante praemittenda sunt, denique in hac oratione
5 usui erunt. Corporibus enim quae unum ab altero disiunguntur et
separantur propter ignis motus aciem eiusque subtilitatem necnon eius
partium exiguitatem, affectiones accidunt calidae. Quorum autem con-
dicio huic condicioni contraria est, in eis affectio accidit frigida. Cor- b
pora vero quae dura vocantur ea sunt quibus caro nostra coartatur ;
10 mollia autem corpora ea sunt quibus caro nostra non coartatur. Itidem
de ceteris quae exstant rebus : dura enim vel mollia vocantur secun-
dum eorum coartandi resistendique (facultatem). Res vero quarum

---

1-4) *61c4-7* 5-8) *61d3-62b5* 9-16) *62b7-c3*

XIII. 1-3) deinde . . . . pollicitus est] *Cf. 61c5* : τὰ δὲ παθήματα αὐτῶν δι'ἃς αἰτίας γέγονεν πειρατέον ἐμφανίζειν.

2) accidunt] *Add. interpres.*

3) praestat . . . . exordium] *Cf. 61c7* : πρῶτον μὲν οὖν ὑπάρχειν αἴσθησιν δεῖ τοῖς λεγομένοις ἀεί.

4-5) ea quae . . . . erunt] *Cf. 61d3* : ὑποθετέον δὴ πρότερον θάτερα, τὰ δ'ὑποτεθέντα ἐπάνιμεν αὖθις.

5-6) quae . . . . separantur] *Cf. 61d7* : τὴν διάκρισιν καὶ αὐτοῦ (*scil.* τοῦ πυρός) περὶ τὸ σῶμα ἡμῶν γιγνομένην.

6) motus aciem] *Mendum interpretis Arabici esse videtur ; cf. praef. p. 23, 1 ss.*

eiusque subtilitatem] τῶν πλευρῶν *om. Galenus.* — *Cf. etiam* THEOPHRAST. *De sensu* (= *Doxogr. Graeci, p. 524, 21-24*) : Πλάτων δὲ θερμὸν μὲν εἶναί φησι τὸ διακρῖνον δι' ὀξύτητα τῶν γωνιῶν. TIM. LOCR. *100e* : τὸ μὲν ὦν θερμὸν λεπτομερές τι καὶ διαστατικὸν τῶν σωμάτων δοκεῖ εἶμεν, τὸ δὲ ψυχρὸν παχυμερέστερον καὶ συμπιλατικὸν πόρων ἐστί.

9) coartatur] *Cf. 62b6* : ὑπείκῃ.

10) quibus . . . . non coartatur] *Cf. 62b7* : ὅσα ἂν τῇ σαρκί. *Cf.* ARISTOT. *De caelo*, γ, *299b13* : μαλακὸν μὲν γὰρ τὸ εἰς ἑαυτὸ ὑπεῖκον, σκληρὸν δὲ τὸ μὴ ὑπεῖκον.

10-11) itidem . . . . rebus] *Mendum interpretis Syriaci aut librarii Graeci ; cf. not. p.* ١٨, *ad l. 5-6, et praef. p. 24, 13.*

11-12) dura . . . . facultatem] *Verba Galeni.* — *Cf.* GALEN. *De puls. diff. III 7* (*t. VIII, p. 686, 19 Kuehn*) : καὶ ταύτῃ διήνεγκε τὸ ἰσχυρὸν τοῦ σκληροῦ· τὸ μὲν γάρ, ὡς εἴρηται νῦν ἤδη, τῆς ἀρχαίας ἕδρας ἐξίστησί τε καὶ ἀνατρέπει τὸ πλησιάζον, τὸ δὲ σκληρὸν μέν, οὐ μὴν καὶ ἰσχυρόν, οὐκ ἐξίστησι μέν, ἐγκαταβαίνει δὲ τῷ μαλακωτέρῳ, κοιλαῖνόν τε καὶ βοθροῦν καὶ πιλοῦν αὐτό. ταῦτά τοι καὶ Πλάτων ἔλεγε (*62b7-8*) . . . πολὺ δὲ ἀκριβέστερον Ἀριστοτέλης . . . *De simpl. med. V 4* (*t. XI, p. 716, 2 Kuehn*) : οὕτω δέ πως καὶ ὁ Πλάτων ἔοικε γιγνώσκειν, ὅταν ἔφη (*62b7-8*)· τὸ γὰρ δέρμα τοῦ ἀνθρώπου κατ' αὐτὸ τοῦτο τὸ σύγγραμμα τὸν Τίμαιον ἐδείκνυεν εἶναι τῷ γένει σάρκα κτλ.

stabilitas et soliditas in parvam rem (innititur), coartantur et contrahuntur coram eis quarum stabilitas et soliditas in magnas res (innititur). Et propterea terra in repellendo et resistendo fortissima evasit ; 15
c eius enim soliditas et stabilitas in quadrangulos tantum (innititur). Et res graves sunt illae quae ad mundi centrum versus moventur ; leves vero illae quae ad mundi superficiem versus moventur. Dixit autem ‘mundi centrum’, non infimam eius (partem), quoniam mundi figuram globosam esse censet ; itidemque ‘mundi superficiem’, non summam 20 eius (partem) dixit. Corpus autem leve fit quando densitas aequabilitati admiscetur, et asperum quando durities inaequabilitati admiscetur.

a XIV. Causam vero rerum iucundarum et molestarum exquirere nos decebit, affectionibus sensibilibus et insensibilibus antea exquisitis. Harum

16-21) *62c3-63e8* 21-22) *63e8-64a1*
1-4) *64a2-b3*

13, 14 et 16) stabilitas et soliditas] *Versio duplex : cf. 62b9* : ἐπὶ σμικροῦ βαίνει . . . βάσεων . . . βεβηκὸς σφόδρα. *Cf.* THEOPHRAST. *De sensu* (*Doxogr. Gr.*, *p. 524, 21*) : σκληρὸν <δὲ> ᾧ ἂν ἡ σὰρξ ὑπείκῃ, μαλακὸν δέ, ὃ ἂν τῇ σαρκί, καὶ πρὸς ἄλληλα ὁμοίως. ὑπείκειν δὲ τὸ μικρὰν ἔχον βάσιν.

13) coartantur et contrahuntur] *Versio duplex* (ὑπείκει *62b9*) ; *cf. praef. p. 26, 20.*

14) coram eis . . . . (innititur)] *Textum Platonicum leviter mutavit Galenus.*

15) terra] *Add. Galenus, recte. Cf.* TAYLOR, *Commentary, p. 433.*

in repellendo et resistendo] *Versio duplex? Sed cf. 62c1* : ἀντιτυπώτατον, *et c2* : ἀντίτονον ᾖ μάλιστα.

16) in quadrangulos] *Cf. 62b9* : τὸ δὲ ἐκ τετραγώνων ὂν βάσεων.

16-21) et res graves . . . . dixit] *Cf.* THEOPHRAST. *De sensu* (*Doxogr. Gr.*, *p. 524, 26*) : βαρὺ δὲ καὶ κοῦφον τῷ μὲν ἄνω καὶ κάτω διορίζειν οὐ δεῖν, οὐ γὰρ εἶναι τοιούτων φύσιν· ἀλλὰ κοῦφον μὲν εἶναι τὸ εἰς τὸν παρὰ φύσιν τόπον ῥᾳδίως ἑλκόμενον, βαρὺ δὲ τὸ χαλεπῶς. TIM. LOCR. *100d* : βάρυ δὲ καὶ κοῦφον ἀφᾷ μὲν προκρίνει, λόγος δ'ὁρίζει τῷ εἰς τὸ μέσον καὶ ἀπὸ τῶ μέσω νεύσει : κάτω δὲ καὶ μέσον ταὐτὸν φαντί· τὸ γὰρ κέντρον τῆς σφαίρας, τοῦτό ἐστι τὸ κάτω, τὸ δ'ὑπὲρ τούτω ἄχρι τὰς περιφερείας ἄνω. ALBIN. *Didasc.*, *c. XX* (*p. 175, 12-19*).

21-22) corpus . . . . admiscetur] *Cf.* THEOPHRAST. *o. l. p. 524, 28* : τραχὺ δὲ καὶ λεῖον ὡς ἱκανῶς ὄντα φανερὰ παραλείπει καὶ οὐ λέγει. ALBIN. *Didasc. p. 175, 3* : τραχὺ δὲ εἴη ἂν τὸ ἀνώμαλον μετὰ σκληρότητος, λεῖον δὲ τὸ ὁμαλὸν μετὰ πυκνοῦ.

XIV. 1) causam . . . . molestarum] *Cf. 64a3* : τὸ τῶν ἡδέων καὶ τῶν ἀλγεινῶν αἴτιον.

2) affectionibus . . . . insensibilibus] *Cf. 64a6* : κατὰ παντὸς αἰσθητοῦ καὶ ἀναισθήτου παθήματος.

antea exquisitis] *Cf. 64b1* : ὅτι διειλόμεθα ἐν τοῖς πρόσθεν.

autem rerum generationis causa est natura substantiae passibilis, prout (haec substantia) facile aut difficulter movetur. In eo enim quod natura ١٩
5 sua facile movetur, quando affectio, etsi exigua, accidit, celeriter ad omnes eius partes aliam post aliam pervenit, donec ad membrum pervenit quo id intellegitur eique illam vim activam patefacit. Quod autem in adver- b sum evadit, cum stabile solidumque sit, non afficitur singulariter in circulo aequali, nullamque rerum ei propinquarum movet. Si igitur illarum par-
10 tium omnes singillatim ad alteras primam affectionem in eis ortam non tradunt, — universum enim animalium corpus immobile evadit —, illa affectio insensibilis erit. Membra vero quae facillime et velocissime moventur, praecipue sunt auditus et visus — cum eis ignis aërisque vis magna c insit – ; membra autem quae difficillime et segnissime moventur capilli
15 sunt et ossa ceteraeque quae exstant res terrenae.

Deinde Plato post haec de iucunditate et molestia (dolore) sermonem

---

5-12) *64b3-c4* 12-14) *64c6-8*
14-15) *64c4-6* 16-23) *64c8-d5*

---

3) substantiae] *Add. interpres? cf. cap. IV, l. 4.*

passibilis] *Ad verbum* : quae affectionem recipit (= παθητός). *Add. Galenus ; cf. ad cap. XVII, l. 7.*

3-4) prout..... movetur] *Cf. 64b1* : τὸ τῆς εὐκινήτου τε καὶ δυσκινήτου φύσεως ; *cf. praef. p. 27, 3.*

5) quando.... accidit] *64b3* : ὅταν καὶ βραχὺ πάθος εἰς αὐτὸ ἐμπίπτῃ.

celeriter] *Sed Plato* κύκλῳ *(64b4) !*

6-7) ad membrum.... intellegitur] *64b6* : ἐπὶ τὸ φρόνιμον ; *cf. praef. p. 29, n. 1.*

7) vim activam] *Mendum interpretis Arabici ; cf. praef. p. 23, 26 ss.*

8) stabile solidumque] *Versio duplex* (ἑδραῖον *64b7*).

non afficitur] *Cf. 64b7* : κατ' οὐδένα τε κύκλον ἰὸν πάσχει μόνον. *Mendum interpretis Arabici ; cf. not. p.* ١٩, *ad l. 4, et praef. p. 24, 1.*

singulariter] *64c1* : μόνον *!*

8-9) in circulo aequali] *Interpres Syriacus in codice Graeco ab eo excusso* ἴσον *pro* ἰόν *legisse vel emendavisse videtur. Cf. praef. p. 24, 13.*

11) corpus] *Add. interpres qui vocem* εἰς *(64c3) inconsulte neglexit.*

12-13) quae.... velocissime moventur] *Versio duplex* (εὐκινητότατα ?)

14) quae.... segnissime moventur] *Versio duplex* (δυσκινητότατα ?)

16) Plato] *Cf. praef. p. 6, 4.*

de iucunditate et molestia] *Cf.* GALEN. *De sympt. caus. I 6 (t. VII, p. 115, 4 Kuehn)* : ἥδεσθαι δὲ καὶ ἀλγεῖν ἁπάσαις μὲν ἐγγίγνεται ταῖς αἰσθήσεσιν, οὐχ ὁμοίως δὲ ἐναργῶς, ἀλλ' ἐν μὲν τῇ τῆς ὄψεως ἥκιστα, μάλιστα δέ ἐν τῇ τῆς ἁφῆς τε καὶ γεύσεως· ἐφεξῆς δὲ τούτων ἐν ὀσφρήσει· καὶ μετὰ ταύτας ἐν ἀκοῇ. τίς οὖν ἥ τε κοινὴ πάντων αἰτία καὶ τίς ἡ καθ' ἕκαστον ἰδία ;

habuit. Quod ad iucunditatem et molestiam attinet, ita putari debet : Omnis vero naturalem cursum transgrediens impressio quae vehemens est et simul una apparet, dolorosa est ; ad naturalem autem condicionem
d simul una reverti iucundum est. Quod vero segne est et paulatim apparet, 20
insensibile est ; quod autem in contrarium evadit, impressio eius est contraria. Res autem quae expedite fit, omnino non sentitur, neque dolor nec iucunditas eam comitantur.

a XV. Deinde dixit : Affectiones vero communes quae in toto corpore
٢٠ accidunt earumque causas efficientes iam exposuimus. De particularibus autem affectionibus quae in lingua ex saporibus accidunt, (haec) dicimus :

1-13) *65b4-66b7*

κοινὴ μὲν ἥνπερ καὶ Πλάτων ἐν Τιμαίῳ φησὶ γράφων οὕτως *(64c8-d3). Cf. ibid. p. 117, 16 :* τοῦτο δὲ δήπου καὶ ὁ Πλάτων ἐβούλετο σύνθετον ἐκ βιαίου τε ἅμα καὶ ἀθρόου παθήματος ἐγγιγνομένου τοῖς αἰσθητικοῖς σώμασι τὴν ἀνιαρὰν αἴσθησιν ἀποτελεῖσθαι φάσκων. THEOPHRAST. *De sensu (Doxogr. Gr. p. 525, 1) :* ἡδὺ δὲ καὶ λυπηρόν, τὸ μὲν εἰς φύσιν ἀθρόον πάθος, τὸ δὲ παρὰ φύσιν καὶ βίᾳ [λυπηρόν], τὰ δὲ μέσα καὶ ἀναίσθητα ἀνὰ λόγον. διὸ καί τὸ ὁρᾶν οὐκ εἶναι λύπην οὐδ' ἡδονὴν τῇ διακρίσει καὶ συγκρίσει.

17) omnis] *Add. interpres ?*

18) naturalem . . . impressio] *64c9 :* παρὰ φύσιν... πάθος.

19 et 20) simul una] *Versio duplex* (ἀθρόον *64d1,2*).

19) dolorosa] *Voci* ἀλγεινός *ibi vocabulum Arabicum* mu'lim, *alibi autem (cf. l. 1)* mu'ḏī *respondet ; cf. praef. p. 27, n. 14. An Galenus interdum* λυπηρός *pro* ἀλγεινός *scripserit ? (cf.* THEOPHRAST. *ad l. 16).*

22) expedite] *64d3 :* μετ' εὐπετείας.

omnino non sentitur] *64d4 :* ἅπαν αἰσθητόν *Platonis libri omnes. Utrum Interpres (Syrus)* <ἀν>αίσθητον *ex dittographia legerit an librarius quidam Graecus negationem inepte addiderit, diiudicare non ausimus. Cf. praef. p. 24, 15.*

XV. 1-2) affectiones . . . exposuimus] *Cf. 65b4 :* καὶ τὰ μὲν δὴ κοινὰ τοῦ σώματος παντὸς παθήματα... ὅσαι τοῖς δρῶσι αὐτὰ γεγόνασι, σχεδὸν εἴρηται. *Forsitan Galenus Platonis verborum contextum leviter mutaverit.*

2) accidunt] *Add. interpres.*

causas] *Add. interpres ? Sed cf. 65b8 :* τά τε πάθη καὶ τὰς αἰτίας αὖ τῶν δρώντων.

2-3) De . . . . accidunt] *Cf. 65c2 :* ἴδια ὄντα παθήματα περὶ τὴν γλῶτταν. — *Cf.* GALEN. *De simpl. med. I 37 (t. XI, p. 445, 15 Kuehn) :* τούτων οὖν οὕτως ἐχόντων ἀκούσωμεν εἰ βούλεσθε καὶ Πλάτωνος ὑπὲρ τῶν γευστῶν διαφορῶν ἐξηγουμένου. χρὴ δὲ οὐ τῇ φυσιολογίᾳ προσέχειν αὐτοῦ τὸν νοῦν. οὐ γὰρ ἂν ἐν καιρῷ μοι νῦν εἴη μνημονεύειν αὐτῆς οὐδ' εἰς τοῦτο καλῶ μάρτυρα τὸν ἄνδρα, μόνον δὲ ὑπὲρ τοῦ δεῖξαι κατὰ τίνος πράγματος ἕκαστον τῶν ὀνομάτων ἔθος ἐστὶν ἐπιφέρειν τοῖς Ἕλλησιν. ἄκουε τοίνυν τοῦ Πλάτωνος λέγοντος *(65c6-66c7). Cf. ibid. p. 448, 9 ss.;*

Quando particulae terrenae quae rebus gustatis insunt, carnis quae in
5 lingua est particulas aggrediuntur, liquescunt et (linguae) venas colligunt. Ex eis (particulis) quae (carnem) asperiorem reddunt, acerba nuncupantur; quae autem eam minus asperam reddunt, austera nuncupantur. Res vero quae eas purgant et quod circa linguam est abluunt, — si (eorum) actio modum adeo excedat <ut> ad tantam vim perveniant qua aliquid ex lin- **b**
10 guae particulis liquefaciant — amara vocantur, sicut nitrum. Si autem illa actio harum actione minor sit, salsae nuncupantur. Quae vero calescunt et secant et laedunt, acres nuncupantur ; quas autem putredo ita subtiles reddiderit ut tenues venas penetrent, acidae vocantur. Deinde dixit : Res vero

---

I 38, p. 450, 16 ss.; ibid. IV 7, p. 638. — THEOPHRAST. *De sensu (Doxogr. Gr. p. 525, 5) :* . . . ἐν δὲ τοῖς πάθεσι τὸν γεώδη χυμόν· καὶ διὰ ταῦτα συνάγοντα τοὺς χυμοὺς καὶ συγκρίνοντα τὰ μὲν τραχύτερα στρυφνὰ εἶναι, τὰ δὲ ἧττον αὐστηρά. τὸ δὲ ῥυπτικὸν τῶν πόρων καὶ ἀποκαθαρτικὸν ἁλμυρόν· τὸ δὲ σφόδρα ῥυπτικόν, ὥστε καὶ ἐκτήκειν, πικρόν, τὰ δὲ θερμαινόμενα καὶ ἄνω φερόμενα καὶ διακρίνοντα δριμέα· τὰ δὲ κυκῶντα ὀξέα· τὰ δὲ σὺν τῇ ὑγρότητι τῇ ἐν τῇ γλώττῃ καὶ διαχυτικὰ καὶ συστατικὰ εἰς τὴν φύσιν γλυκέα.

4) quando particulae terrenae] *Mendum interpretis ; cf. not. p.* ٢٠*, ad l. 3.*

rebus gustatis] τὰ γευστά ? *Cf. ad l. 2. — Verba* οἷόνπερ δοκίμια κτλ *(65c7), a Pseudo-*LONGINO, *De Subl. p. 59, 1 Vahlen, laudata, Galenus non curat ; cf. praef. p. 7, 19 et infra, ad cap. XVII, l. 23.*

6) asperiorem reddunt] *65d3 :* τραχύτερα μὲν ὄντα.

6 et 7) nuncupantur] *65d4 :* φαίνεται *libri Platonis ;* GALENUS, *De simpl. med. IV 7 (t. XI, p. 638, 9 Kuehn) ;* STOBAEUS, *I 494, 20 Wachsmuth ; contra* λέγεται GALENUS *De simpl. med. I 37 (t. XI, p. 446, 9) et, ut patet, in Timaei compendio. Cf. praef. p. 6, 23. — Secundum* nuncupantur *add. interpres.*

7-8) res . . . . purgant] *Cf. 65d4 :* τὰ δὲ τούτων τε ῥυπτικά. — GALENUS *etiam in libro De simpl. med. I 37 (l. c.) vocem* τε *omisit ; itidem Platonis libri WY ; contra Platonis libri AF, et* STOBAEUS *(l. c.). Cf. praef. p. 7, 1.*

8) quod circa] πᾶν *(65d5) om. Galenus vel interpres ?*

9) <ut> . . . . perveniant] *Cf. 65d6 :* καὶ προσεπιλαμβανόμενα *(om. Galenus ?)* ὥστε.

9-10) aliquid . . . . liquefaciant] *Cf. 65d7 :* ὥστε ἀποτήκειν αὐτῆς τῆς φύσεως. *Sic libri Platonici et* STOBAEUS ; *contra* GALENUS, *De simpl. med. I 37 (t. XI, p. 446, 12) :* αὐτῆς <τι> τῆς φύσεως. *An Galenus in Compendio* αὐτῆς <τι> τῆς γλώττης *scripsit ?*

particulis] *Add. interpres.*

11) quae vero calescunt] *sive :* calefaciunt. — *Cf. 65e5 :* συνεκπυρούμενα καὶ πάλιν αὐτὰ ἀντικάοντα.

12) secant et laedunt] *Versio duplex ? Cf.* τέμνοντα *66a1.*

12-13) quas . . . . acidae vocantur] *Cf. 66a3 :* τὸ δὲ αὖ τῶν προλελεπτυσμένων μὲν ὑπὸ σηπεδόνος, εἰς τὰς στενὰς φλέβας ἐνδυομένων. . . . *(b6)* ὀξὺ προσρηθῆναι.

quae omnibus quas commemoravimus contrariae sunt, dulces nuncupantur; haec enim asperas linguae particulas laeves efficiunt, laxas contra constrin- 15
c gunt et colligunt ; et propterea haec saporum species iucunda evasit.

Deinde Plato, de saporibus oratione confecta, de odoratus sensorio loquitur. Et eius substantiam inter aëra et terram (?) (constare) opinatus est necnon fumum et nebulam eiusdem esse generis ; (odorumque) nonnullos iucundos dici, alteros vero molestos. Species autem eorum singulares 20 nullum nomen habere.

Deinde dixit : Tertium in nobis sensu praeditum membrum est mem-
d brum quod voces (sonare) sentit. Vocem autem definiens dixit : aëris qui

---

13-16) *66b7-c7* 17-21) *66d1-67a7* 22-30) *67a7-c3*

---

15) linguae particulas] *Add. interpres ?*

15-16) constringunt et colligunt] *Versio duplex ? Cf.* συνάγῃ *66c5.*

17) Plato] *Cf. praef. p. 6, 4.*

odoratus sensorio] *Fortasse* τῶν ὀσμῶν αἰσθητήριον. *Cf.* GALEN. *De placit. VII, p. 626,16 Mueller:* πέμπτον γὰρ δὴ τοῦτό ἐστιν αἰσθητήριον, οὐχ ὄντων πέντε στοιχείων, ἐπειδὴ τὸ τῶν ὀσμῶν γένος ἐν τῷ μεταξὺ τὴν φύσιν ἐστὶν ἀέρος καὶ ὕδατος, ὡς καὶ Πλάτων εἶπεν ἐν Τιμαίῳ κατὰ τήνδε τὴν ῥῆσιν. *Cf. De usu part. VIII 6 (I p. 470, 3 Helmreich) ; De instr. odor. (t. II, p. 857 ss. Kuehn).*

18) substantiam] *Cf. vocem* τὴν φύσιν *in Galeni sententia supra commemorata?*

inter aëra et terram] *An* 'inter aëra et aquam' *corrigendum ? Plato enim odoratum inter aëra et aquam collocat ; cf. etiam* THEOPHRAST. *De sensu (Doxogr. Gr. p. 525, 11)*: τὰς δὲ ὀσμὰς εἴδη μὲν οὐκ ἔχειν, ἀλλὰ τῷ λυπηρῷ καὶ ἡδεῖ διαφέρειν... εἶναι δὲ καπνὸν μὲν μεταβολὴν ἐξ ὕδατος εἰς ἀέρα, ὁμίχλην δὲ τὴν ἐξ ἀέρος εἰς ὕδωρ. — *Utrum error interpreti an librario cuidam debetur ? (cf. etiam app. crit. ad p.* ١٧*, l. 7).*

19) fumum et nebulam] *Cf. 66e2* : καπνὸς ἢ ὁμίχλη.

22-23) tertium . . . . sentit] *Cf. 67a8* : τρίτον δὲ αἰσθητικὸν ἐν ἡμῖν μέρος ἐπισκοποῦσιν τὸ περὶ τὴν ἀκοήν... λεκτέον.

23-24) aëris qui in cerebro continetur] *67b3* : ὑπ' ἀέρος ἐγκεφάλου τε καὶ αἵματος. *Plato ictum per aëra exteriorem et per cerebrum et sanguinem transferri dicit. Vocabulo* τε *post* ἐγκεφάλου *a Galeno omisso, interpres locum perperam intellexit, vocem* ἐγκεφάλου *de* ἀέρος *pendere ratus. Cf. etiam* THEOPHRAST. *De sensu (Doxogr. Gr. p. 500, 14) :* ἀκοὴν δὲ διὰ τῆς φωνῆς ὁρίζεται· φωνὴν γὰρ εἶναι πληγὴν ὑπ' ἀέρος ἐγκεφάλου καὶ αἵματος δι' ὤτων μέχρι ψυχῆς, τὴν δὲ ὑπὸ ταύτης κίνησιν ἀπὸ κεφαλῆς μέχρι ἥπατος ἀκοήν *(cf. ibid. p. 525, 17). Errori simili iam Aëtii verba (Plac. IV 15 = Doxogr. Gr. p. 406, 28) se praestant:* Πλάτων καὶ οἱ ἀπ' αὐτοῦ πλήττεσθαι τὸν ἐν τῇ κεφαλῇ ἀέρα· τοῦτον δ'ἀνακλᾶσθαι εἰς τὰ ἡγεμονικὰ καὶ γίνεσθαι τῆς ἀκοῆς τὴν αἴσθησιν.

in cerebro (continetur) est ictus in aure generatus; et videtur hic ictus
25 usque ad animam transferri. Motus vero qui ex hoc ictu fit et e capite ortus prope iecoris membrum desinit, auditus est. At hoc dixit quia putat omnes animae rationabilis partes, quando in eis cognitio sensibilium est quae eas extrinsecus attingunt <. . . . .>. Et vox acuta velox nuncupatur, vox autem gravis tarda vocatur; et vox levis aequalis est, et aspera
30 contraria; et vox magna abundans est, et vox exigua contraria. ٢١

XVI. Deinde dixit: Membrum quartum in nobis sensu praeditum est visus; et sensibilia huic sensui propria colores sunt. Colorum autem substantia est flamma quae ex unoquoque corpore egreditur. Et huic flammae particulae in (ipsa) sensatione congruentes insunt. E corporibus
5 vero quae lux permeat, particulae manant aequales rebus e visu mananti- a

---

1-8) *67c4-d7*

---

24) et videtur] *Voci Graecae* καὶ αἵματος *respondere debent; ad mendi interpretis explicationem, cf. praef. p. 22, 13 ss.*
hic ictus] *Add. interpres; cf. praef. p. 29, n. 4.*

25) transferri] *67b4* : διαδιδομένην.
ictu] *Add. interpres.*

26) prope iecoris membrum] *Cf. 67b4* : τὴν δὲ ὑπ' αὐτῆς κίνησιν, ἀπὸ τῆς κεφαλῆς μὲν ἀρχομένην, τελευτῶσαν, δὲ περὶ τὴν τοῦ ἥπατος ἕδραν, ἀκοήν. *Haud scimus an in textu Arabico pro* 'membrum' ('udw) 'situm' (mawdi') *legendum sit; cf. app. crit. p.* ٢١, *ad l. 1.*

27) animae rationabilis] *Cf. supra, ad cap VI, l. 8.*

28) < . . . . . >] *Lacuna in textu Arabico.*

28-29) nuncupatur . . . . vocatur] *Mendum interpretis; cf. not. ad p.* ٢١, *l. 3.* — Theophrast. *De sensu (Doxogr. Gr. p. 525, 17)*: ὀξεῖαν δὲ καὶ βαρεῖαν τὴν ταχεῖαν καὶ βραδεῖαν.

XVI. 1) membrum... praeditum] *Cf. 67c4* : τέταρτον δὴ λοιπὸν ἔτι γένος ἡμῖν αἰσθητικόν. *Galenus hic sicut cap. XV, l. 22* μέρος *pro* γένος *scripsit.*

2) visus] *Vox Arabica* baṣar, *sicut Graeca* ὄψις, *et* visum *et* visionis instrumentum *indicat.*

3) substantia] φύσις? *Cf. cap. XV, l. 18.*
egreditur] *67c7* : ἀπορρέουσαν.

4) huic flammae] *Add. interpres; cf. praef. p. 29, 4.*
congruentes] *Cf. 67c7* : ὄψει σύμμετρα.—*Mendum interpretis; cf. not. p.* ٢١, *ad l.8.*

5) quae lux permeat] *67d6* : διαφανῆ.
rebus... manantibus] *Cf. not, p.* ٢١, *ad l. 9.*

bus. E corporibus autem albis aliquid manat cuius particulae visus particulis minores sunt, e nigris contra aliquid manat cuius particulae visus
b particulis maiores sunt. Deinde dixit: Et propterea alba corpora visum disiungunt, nigra autem coniungunt. Deinde dixit: Et quod ad motum
۲۲ attinet qui <his> motibus est acutior (et) ex altero ignis genere natus 10 visum adeo disiungit ut in eo fulgores oriantur, (hunc) colorem et (hoc) corpus splendida (et) lucida nuncupamus. Ignis autem genus quod inter haec duo genera est (et) ad oculi humorem perveniens cum eo commiscetur . . . . rubrum vocatur. Hoc igitur est quod de colori-
c bus simplicibus dixit. De (coloribus) autem quae ex his compositae sunt 15 dixit: Quando color ruber splendidus colore albo temperetur, ex eo

8-9) *67e5-6* 9-14) *67e6-68b4* 16-26) *68b5-c8*

6 et 7) aliquid manat] *Add. interpres.*

8-9) et propterea... coniungunt] *67e5:* τὸ μὲν διακριτικὸν τῆς ὄψεως λευκόν, τὸ δ'ἐναντίον αὐτοῦ μέλαν; *cf. 67d6:* τὰ μὲν συγκρίνοντα τὰ δὲ διακρίνοντα. *Cf.* THEOPHRAST. *De sensu (Doxogr. Gr. p. 525, 20):* λευκὸν μὲν τὸ διακριτικόν, μέλαν δὲ τὸ συγκριτικόν, ἀνὰ λόγον [δὲ] τοῖς περὶ τὴν σάρκα θερμοῖς καὶ ψυχροῖς καὶ τοῖς περὶ τὴν γλῶσσαν στρυφνοῖς καὶ δριμέσι.

9-10) motum... acutior] *Cf. 67e6* : τὴν δὲ ὀξυτέραν φοράν. *Interpres comparativum absolute usitatum non intelligens, verba* < his? > motibus *suo arbitrio addidit. Cf. etiam ad cap. XVIII, l. 20.*

10-11) ex altero... disiungit] *Cf. 67e6:* καὶ γένους πυρὸς ἑτέρου προσπίπτουσαν καὶ διακρίνουσαν τὴν ὄψιν,

11) fulgores] *Cf. 68a6* : μαρμαρυγάς.

11-12) (hunc) colorem. . . nuncupamus] *Cf. 68a7* : τὸ δὲ τοῦτο ἀπεργαζόμενον λαμπρόν τε καὶ στίλβον ἐπωνομάσαμεν. *Cf.* THEOPHRAST. *De sensu (Doxogr. Gr. p. 525, 23)* : λαμπρὸν δὲ τὸ πυρῶδες λευκόν, τὰ δὲ ἄλλα ἐκ τούτων.

13) genera] *Add. interpres.*

14) . . .] *Platonis auctoritate adhibita (68b3 :* στιλβὸν δὲ οὔ) *pro codicum nimis obscura lectione* ('sine retardatione') 'neque lucidum est' *scribendum esse non sine dubio coniecimus ; cf. app. crit. p.* ۲۲, *ad l. 3.*

14-16) Hoc igitur. . . compositae sunt dixit] *Add. Galenus.* — *Cf.* GALEN. *De placit. VI, p. 565, 5:* εἴρηται δὲ καὶ ὑπὸ Πλάτωνος μὲν ἐν Τιμαίῳ περὶ τῆς τῶνδε τῶν χρωμάτων γενέσεως, ἄταρ οὖν καὶ ἡμεῖς αὖθις ἐξηγησάμεθά τε καὶ ἀποδείξαμεν, ὡς ἀληθῶς εἴρηται πάντα, γεγραφότες ὑπὲρ αὐτῶν ἰδίᾳ καθ' ἕτερον λόγον. *Cf. Galeni librorum indicem Arabicum qui a* MEYERHOFIO *(Sitz.-ber. d. Preuss. Akad. d. Wiss. 1928, p. 542 ss.) publici iuris factus est, nr. 72:* De coloribus. *V. etiam* SCHROEDER, *Galeni Comm. in Tim. p. VIII.*

16) color] *hic et alibi add. interpres.*

ruber splendidus) *Cf. 68b5* : λαμπρόν τε ἐρυθρῷ λευκῷ τε μειγνύμενον. — *Interpres voce* λαμπρόν *colorem particularem significari nesciens, ut si in codice ab eo excusso* λαμπρόν τε ἐρυθρόν *legisset, locum vertit. Cf. etiam l. 23.*

color ruber-nitidus fit. Quando autem color ruber cum colore nigro <et albo> temperetur, ex utroque color purpureus fit. Color vero qui obscurus vocatur fit, cum hi colores temperentur et comburantur et colore
20 nigro qui eos superet misceantur. Color fuscus autem e rubro-nitido et cinereo temperatis fit. Color vero cinereus ex albo et nigro temperatis **d** fit. Color autem flavus ex colore albo et rubro-nitido temperatis fit. Et cum color albus splendidus nigro saturato misceatur, ex eis color caeruleus fit, et cum color caeruleus albo temperetur, ex eis color caesius
25 fit. Et cum color fuscus colore nigro misceatur, ex eis color viridis oritur.

XVII. Deinde dixit : Et haec omnia erant mundo nondum orto, **a** sed ordinis et dispositionis expertia sibi non congruebant. Cum autem (Deus) haec exornavit et ordinavit atque mundus libratus evasit, res omnes sibi congruentes effectae et ordinatae sunt.
5 Deinde dixit : Deus — qui exaltetur — animam rationabilem immor-

---

1-4) *69b2-c4* 5-15) *69c5-d6*

---

17) color ruber-nitidus] *Versio duplex* (ξανθόν *68b6*).

18) < et albo >] *Comparatis verbis 68c1* μέλαν· λευκῷ τε κραθέν, *textum Arabicum emendavimus. Quod porro numero duali* ('ex utroque') *qui sequitur satis comprobatum videtur (cf. contra l. 16*: 'ex eo'). *Mendum igitur librarii cuiusdam Arabici errori attribuendum esse censemus.*

18-19) qui obscurus vocatur] *Cf. 68c2* : ὄρφνινον δέ.

20) qui eos superet] *Interpres 68c3* μᾶλλον *inepte ad* μέλαν *rettulit.*

20) et 22) rubro-nitido] *Cf. ad l. 17.*

23) albus splendidus] *Sed cf. 68c5* : λαμπρῷ δὲ λευκὸν συνελθόν ; *v. ad l. 16.*

nigro saturato] *Cf. 68c6* : εἰς μέλαν κατακορὲς ἐμπεσόν.

XVII. 1) Deinde dixit] *Duas causas, scil. causam necessariam et causam divinam (68e1-69a5), Galenus silentio praetermisit.*

mundo nondum orto] πρὸ τοῦ κόσμου γεγονέναι ? *Galenus ex suo addidit ; cf. praef. p. 10, 18 ss.*

2) ordinis... expertia] *Versio duplex? Cf. 69b3:* ἀτάκτως ἔχοντα. *Sed v. not. p.* •, *ad l. 11.*

3) exornavit et ordinavit] *Versio duplex* (διεκόσμησεν *69b9*). *Cf. praef. p. 25, n. 6. Sed v.* Plutarch. *De an. procr. 5, 1014c:* ἔταξε καὶ διεκόσμησε καὶ συνήρμοσε.

sibi congruentes... et ordinatae] *Cf. 69b5 :* ἀνάλογα καὶ σύμμετρα εἶναι.

5) Deus] *Munus creationis quo in textu Platonico hic* (οἱ δὲ μιμούμενοι *69c5*) *et alibi dei inferiores funguntur, Deo supremo soli attribuitur ; cf. praef. p. 25,1 ss.*

qui exaltetur] *Cf. praef. p. 25, n. 3.*

animam rationabilem] *Cf. supra, ad cap. VI, l. 8 et praef. p. 15, 8.*

talem creavit eamque corpore mortali induit et ei alteram animae speciem
adiunxit affectioni obnoxiam, cui passiones necessariae (et) graves
b (inhaererent) : primum voluptas, id est illecebrae et insidiae quae in
malum impellunt ; deinde molestia et tristitiae quae a bonis rebus pro-
٢٣ hibent, deinde impudentia et metus quae errandi socii in consilio sunt, 10
deinde ira quae passio difficulter sedatur ; deinde spes et cupido quae
animam fallunt atque facile in malum impellunt. Et creator — qui bene-

---

6) induit] *Cf. 69c6:* περιετόρνευσαν. *Verba Platonica* ὄχημά τε πᾶν τὸ σῶμα ἔδοσαν *Galenus consilio omisit* ; *cf. praef. p. 7, 17 ss. Similiter* Themistius, *De an. p. 106, 18 Heinze.*

animae speciem] *Cf.* Galen. *De placit. VI, p. 503, 2 Mueller:* συναμφότερα δὲ αὖ πάλιν ἐν ταὐτῷ βιβλίῳ, τὸ ἐπιθυμητικὸν καὶ τὸ θυμοειδές, ἐν τῇδε τῇ ῥήσει ψυχῆς εἶδος ὠνόμασεν. 'ἄλλο τε εἶδος .. παθήματα ἔχον *(69c7-d1).* ὁμοῦ δὲ αὖ πάλιν τὰ τρία μέρη τῆς ψυχῆς ἡμῶν εἴδη προσαγορεύει ψυχῆς ἐν ταὐτῷ βιβλίῳ [τῷ Τιμαίῳ] κατὰ τήνδε τὴν διήγησιν *(89e4-5). Cf. etiam praef. p. 15, 3 ss.*

7) adiunxit] *Cf. 69c8* : προσῳκοδόμουν.

affectioni obnoxiam] *Galenum pro* τὸ θνητόν *(69c8)* τὸ παθητόν *scripsisse apparet. Cf.* Plutarch. *De an. procr. 26, 1025c-d* : αὗται μὲν οὖν δυνάμεις τῆς τοῦ παντός εἰσι ψυχῆς· αἱ δ' εἰς θνητὰ καὶ παθητὰ παρεισίασιν ὄργανα ἄφθαρτοι φθαρτῶν αὗται σωμάτων. *Ibid. 27, 1026d* : ἔκ τε θείας καὶ ἀπαθοῦς ἔκ τε τῆς θνητῆς καὶ περὶ τὰ σώματα παθητῆς μερίδος. Plutarch. *Pelopidas, 16* : ἐκ μεταβολῆς ἀρετῇ τὸ θνητὸν καὶ πάθητὸν ἀποβαλόντας. *Vox arabica* qābil li'l-ta'ṯīr *etiam cap. XIV, l. 3 (p.* ١٨*, 16) vocabulo Graeco* παθητός *respondere videtur ; cap. III, l. 9, vox negativa* ġair qābil al-ta'ṯīr (affectionem non recipiens, impassibilis) *vocis* ἀπαθής *est versio.*

8) illecebrae et insidiae] *Versio duplex* (δέλεαρ *69d2*).

8-9) quae in malum impellunt] *69d1* : κακοῦ. — *Cf.* Galen. *Quod an. mores 11 (Script. min. II, p. 77,5 Marquardt) :* τὴν ἡδονήν, οὐκ οὖσαν ἀγαθόν, ἀλλ' ὡς ὁ Πλάτων ἔφη, δέλεαρ μεγίστου κακοῦ. *Aliter* Cicero, *Cato maior, 13,44* : escam malorum ; *Hortens. f. 76 Baiter (81 Mueller)* : illecebrae atque escae *(sic ! versio duplex)* malorum. Ps. Longin. *De subl. 32,6* : κακόν (κακῶν *Jahn*).

molestia et tristitiae] *Versio duplex* (λύπας *69d2*).

9-10) quae... prohibent] *69d2 :* ἀγαθῶν φυγάς.

11) quae... sedatur] *69d3 :* δυσπαραμύθητον *Cf. praef. p. 27,3.*

spes et cupido] *Versio duplex* (ἐλπίδα *69d4*).

11-12) quae... impellunt] *Versio duplex; cf. etiam praef. p. 27,4. — Interpres vocem* εὐπαράγωγον *sensu activo reddidit ; cf.* Philo Jud. *(l. II, p. 98,9 Cohn-Wendland):* τὴν εὐπαράγωγον ἀπάτην; *ibid. II, p. 49,27:* ἡδέος καὶ εὐπαραγώγου λόγου. *Aliter* Taylor, *Commentary, p. 500 supra* : probably passive... 'fancy easily led astray'. *Similiter* A. Rivaud *in Timaei versione* : 'l'espérance facile à décevoir'.

12) creator] *Cf. praef. p. 25, 2 ss. et n. 2. V. etiam supra ad l. 5.*

dicatur et exaltetur — his omnibus rebus, postquam eas sensu rationis experti et desiderio temere irruenti commiscuit, necessario genus quod
15 morti obnoxium est connexuit.

Deinde dixit : Et posuit Deus cervicem inter caput et pectus, ne anima divina nisi dura necessitate (coacta) contaminaretur. Meliorem vero duarum mortalium animae partium in corde posuit, deteriorem autem in iecore posuit, et inter eas parietem posuit quod est intersaeptum.
20 Eam autem animae speciem quae in corde est, animae rationabili obsequentem effecit. Deinde dixit : Et quia haec species victoriam amat, c

---

16-21) *66d6-70a2*

12-13) qui... exaltetur] *Cf. praef. p. 25, n. 3.*

13) omnibus] *Mendum interpretis ; cf. not. secundam p.* ٢٣, *ad l. 4.*

14) desiderio] *69d5 :* ἔρωτι. *Cf. not. primam, p.* ٢٣, *ad l. 4. Vide etiam praef. p. 27, 10 ss.*

16) Deus] *Sed cf. 69d7 :* κατοικίζουσιν ; *e2* : διοικοδομήσαντες ; *e3* : τιθέντες. *Cf. ad l. 5.*

17) anima divina] *Cf. 69d7 :* τὸ θεῖον.
dura necessitate] *Cf. 69d7 :* πᾶσα... ἀνάγκη.

18) in corde posuit] *Cf.* GALEN. *De placit. III, p. 256, 14 :* ἐν ταύτῃ τῇ ῥήσει συγχωρεῖν ἔοικεν ὁ χρύσιππος τῷ παλαιῷ λόγῳ ζέσιν τινὰ τῆς ἐμφύτου θερμότητος ὑπολαμβάνοντι γίνεσθαι κατὰ τὴν καρδίαν ἐν τοῖς θυμοῖς... ἆρα οὖν ὁ Πλάτων ἕτερόν τι φησιν, ἐπειδὰν ἐν Τιμαίῳ γράφῃ · 'τὴν δὲ δὴ καρδίαν... ἐπήκοον (*70b1-9*), ἔτι δὲ τούτοις ἐφεξῆς καὶ τάδε γράφει· 'τῇ' δὲ δὴ πηδήσει... ἐνεφύτευσαν' (*70c1-5*). ὥστε, ὦ φίλτατε Χρύσιππε, τὰ Πλάτωνος δόγματα γράφεις κτλ. *Cf. ibid. VI, p. 575, 5 ss.*

19) in iecore] *Cf.* GALEN. *De placit. VIII, p. 724, 11 :* οὐχ ἐν τῇ καρδίᾳ καὶ τῷ πνεύμονί φησι τὸ τῶν σιτίων καὶ ποτῶν ἐπιθυμητικόν, ἀλλὰ κατωτέρω τοῦ διαφράγματος εἶναι... κατωτέρω δὲ τῶν φρενῶν τούτων ἥ τε γαστὴρ κεῖται καὶ τὰ ἔντερα καὶ τὸ ἧπαρ αὐτό, περὶ οὗ νῦν ποιεῖται τὸν λόγον. *Cf. ibid. VI, p. 569,8 ; 574, 4 ss.*

19) inter eas] *Verba* διορίζοντες οἷον γυναικῶν τὴν δὲ τῶν ἀνδρῶν χωρὶς οἴκησιν (*70a1*) *om. Galenus ; cf. ad l. 23.*

parietem... intersaeptum] *Cf. 70a2 :* τὰς φρένους διάφραγμα εἰς τὸ μέσον αὐτῶν τιθέντες. *Cf.* GALEN. *De placit. VIII, p. 724,13 :* φρένας γὰρ οὐχ οὗτος (*scil.* ὁ Πλάτων) ἀλλὰ καὶ οἱ ἄλλοι παλαιοὶ τὸ διάφραγμα προσηγόρευον. *De usu part. IV 14 (t. I, p. 230, 25 ss. Helmreich). V. etiam praef. p. 8, 5.*

20) animae rationabili] *Cf. supra, ad cap. VI, l. 8.*

20-21) obsequentem] *Cf. 70a5 :* ἵνα τοῦ λόγου κατήκοον ὄν.

21) victoriam amat] *In codice ab interprete excusso recte* φιλόνικον (*70a3*), *non* φιλόνεικον (*sic libri Platonici AFWY*), *scriptum erat ; cf.* PLATO, *Rep. IX 581a, et* TAYLOR, *Commentary, p. 502. Vide etiam ad cap. XXIII, l. 34.*

in animam concupiscentem propter eius cupiditates pugnat atque eam coërcet, quotienscumque animae rationabilis praecepto adversatur. Cum

d autem haec animae species inter iram ferveat et incalescat, atque insuper incertum sit an eius calor usque adeo redundet ut modum excedat, pul- 25 mo eam extrinsecus ab omnibus partibus circumdat qui eam refrigeret. Et cum pulmo natura sua mollis sit, cor inter iram leniter retinet, donec id mollitudine sua sedat ; et per cavitates quoque qui ei insunt (et) aëra et humiditatem recipiunt, (pulmo) calori qui in (corde) est recreationem praebet. 30

e Et creator — qui benedicatur et exaltetur — postquam animam con-

ΓΙ cupiscentem in iecore posuit, ei divinationem in somniis immisit, ne

---

24-30) *70c1-d6* 31-35) *71a7-72b5*

---

22) animam concupiscentem] ἐπιθυμητικὴ ψυχή ; *cf.* Galen. *De placit. VI, p. 502, 7. V.* Aristot. *De anim. α 3,407a5 :* 'quae est principium concupiscendi'. Themist. *De anima, p. 41, 27 ss.*

22-23) propter... coërcet] *Cf. 70a6* : τὸ τῶν ἐπιθυμιῶν κατέχοι γένος.

23) praecepto] *Cf. 70a7 :* τῷ τ' ἐπιτάγματι καὶ λόγῳ !

adversatur] *Galenus hic et alibi Platonis verba ab usu cotidiano remota (70a7* : ἐκ τῆς ἀκροπόλεως ; *b3* : εἰς τὴν δορυφορικὴν οἴκησιν) *omisit ; aliter* Albin. *Didasc. p, 173, 8 ; 167,11. Auctor De sublimitate libelli contra (cap. 32, 5) haec et similia Platonis verba laudibus effert* ; W. Jaeger, *Nemesios von Emesa, p, 21 ss. Vide praef. p. 7,13 ss.*

24) ferveat et incalescat] *Versio duplex ; cf. 70b4* : ὅτε ζέσειεν τὸ τοῦ θυμοῦ μένος.

24-25) insuper incertum sit] *Cf. 70c3 :* προγιγνώσκοντες ?

25-26) pulmo...circumdat] *Cf. 70c5* : τὴν τοῦ πλεύμονος ἰδέαν ἐνεφύτευσαν. *Cf.* Galen. *De usu part. VI 2 (t. I, p. 303,1) :* ἀλλ' ἔξωθεν αὐτῇ (scil. τῇ καρδίᾳ) περιέθηκε πνεύμονα.

refrigeret] *Cf. 70d1 :* ψύχουσα.

27) mollis] *Cf. 70c6 :* μαλακήν.

leniter retinet] Cf. Albin. *Didasc. c. XXIII, p. 176, 21:* ὅπως ἔχοι τι μάλαγμα πηδῶσα ἡ καρδία κατὰ τὴν ζέσιν τοῦ θυμοῦ.

28-30 et per cavitates... praebet] *Cf. 70c6 :* εἶτα σήραγγας (*cf. praef. p. 27, 16*) ἐντὸς ἔχουσαν... ἵνα τό τε πνεῦμα καὶ τὸ πῶμα δεχομένη, ψύχουσα, ἀναπνοὴν καὶ ῥᾳστώνην ἐν τῷ καύματι παρέχοι. *V. etiam.* Galen. *De placit. VIII, p. 721, 9 ss.*

31) creator] *Cf. supra, ad l. 5.*

qui... exaltetur] *Cf. praef. p. 25, n. 3.*

32) divinationem in somniis] *Cf. 71d4 :* μαντείᾳ χρωμένην καθ' ὕπνον. Albin. *Didasc. c. XXIII, p. 176,24 :* τὴν διὰ τῶν ὀνείρων μαντικήν.

32-33) ne... fieret] *Interpres in codice Graeco ab eo excusso* ἵνα ἀληθείας μὴ (*libri Platonici* πῃ) προσάπτοιτο (*71e1*) *legisse aut emendavisse videtur. Cf. praef. p. 7,7 et 24,15.*

veritatis particeps fieret. Huic enim animae aditus ad intellectum non est ; qui aditus illi si esset, (divinatio) illi curae non esset neque eius
35 referret. Splen autem ad reliquias quae in iecore (super)sunt purgandas creatum est. Et creata sunt intestina eisque tortuositates factae sunt, ne alimentum celeriter permearet, quod ad aliud alimentum celeriter capiendum cogeret.

XVIII. Deinde dixit : Et creavit Deus — qui benedicatur et exaltetur — cerebrum ex triangulis levibus quibus curvitates non inessent. Atque manifestum est eum hoc loco per triangula ea significare ex quibus elementorum figuras — ignis scilicet, terrae, aquae, aëris — creatas esse supra
5 exposuit. Atque cerebrum in quo divina animae species habitat etiam medulla nuncupatur. **a**

35-36) *72b6-d4* 36-38) *72e7-73a8*
1-6) *73b1-d8*

---

33) Huic enim... non est] *Cf. 71d4* : ἐπειδὴ... λόγου καὶ φρονήσεως οὐ μετεῖχε.

34-35) qui... referret] *Verba Galeni.*
curae esset... referret] *probabiliter versio duplex.*

35) splen] *Cf. etiam* Albin. *Didasc. c. XXIII, p. 176, 26.*

36) tortuositates] *Cf. 73a3:* εἵλιξάν τε πέριξ τὴν τῶν ἐντέρων γένεσιν. *Cf. etiam* Galen. *De usu partium IV,17 (t. I, p. 240, 21 Helmreich)* : αἱ δὲ δὴ τῶν ἐντέρων ἕλικες ἐδείχθησαν ἕνεκα τοῦ πᾶσαν ἀκριβῶς ἀναδοθῆναι τὴν πεπεμμένην τροφὴν γεγονυῖαι καὶ τοῦτ' ἦν ἄρα τὸ πρὸς τοῦ Πλάτωνος εἰρημένον 'ὅπως... τὸ θνητὸν γένος' (*73a4-7*). ὅσοις γοῦν τῶν ζῴων οὐκ εἰσὶν ἕλικες κτλ.

37-38) quod... cogeret] *Cf. 73a5 :* ταχὺ πάλιν τροφῆς ἑτέρας δεῖσθαι τὸ σῶμα ἀναγκάζοι.

XVIII. 1) Deus] *Cf. 73b8* ὁ θεός, *et vide supra ad cap. XVII l. 8. Contra* Albinus, *Didasc. p. 172,23, qui etiam hic pluralem numerum adhibuit* : συνέθεσαν δὲ τὸν μὲν μυελὸν ἐκ τῶν ἀστραβῶν καὶ λείων τριγώνων.

1-2) qui... exaltetur] *Cf. praef. p. 25, n. 3.*

2) cerebrum] *Cf. 73c2 :* τὸν μυελὸν ἐξ αὐτῶν ἀπηργάσατο. *Galenus iam hic* ἐγκέφαλον *pro* μυελόν *scripsit ; cf. ad l. 6.*

2-3) levibus... inessent] *Cf. 73b6 :* ἀστραβῆ καὶ λεῖα ὄντα.

4) ignis... aëris] *Cf. praef. p. 12,27.*

5) divina animae species] *Cf. 73c7 :* τὴν μὲν τὸ θεῖον σπέρμα... μέλλουσαν ἕξειν. *Cf. supra, cap. XVII, l. 17.*

6) medulla nuncupatur] *Cf. 73c9:* ἐπωνόμασεν τοῦ μυελοῦ ταύτην τὴν μοῖραν ἐγκέφαλον. *Galenus contra* ὁ ἐγκέφαλος... καὶ μυελὸς ὀνομάζεται *scripsisse videtur, a Platone in cerebri definitione dissentiens. Cf.* Galen. *De usu part. VIII,4 (t. I, p. 454,11 Helmreich) :* ἐπὶ

Deinde postea de ossium creatione haec verba fecit : Deus — qui
b benedicatur et exaltetur — e terra particulas puras, in pulverem redactas, deprompsit easque cribravit et medulla permiscuit et subegit ; deinde hanc pultem igni immisit, deinde ex igni eduxit et aquae immisit, deinde in 10 ignem iterum reposuit, deinde aquae restituit. Quod cum saepe fecisset, eam non liquefactam ab utroque reddidit. Deinde dixit : Quam ob rem natura ossium arida facta est, neque flectuntur. Ne autem ossa praeter

---

7-12) *73e1-5* 13-18) *74a7-75b3*

τῆς κατὰ τὸν ἐγκέφαλον προσηγορίας. τοῦτο μὲν γὰρ τοὔνομα παρὰ τῆς θέσεως ἐκτήσατο. τὴν δ'οὐσίαν αὐτοῦ δηλῶσαι βουλόμενος ὁ Πλάτων, ἥνπερ οἴεται κατ' ἀλήθειαν εἶναι, μυελὸν ὀνομάζει. ἀλλ' εἰ καὶ μυελός ἐστιν, ἔτι προσδεῖ τινος ἐν τῇ κατηγορίᾳ. καὶ γὰρ νωτιαῖός τίς ἐστι μυελός, καὶ καθ' ἕκαστον τῶν ὀστῶν ἄλλος... καὶ διὰ τοῦτο πολλοὶ ἐγκεφαλίτην ὁμοίως τῷ ῥαχίτῃ ὀνομάζουσιν αὐτόν, ἕτεροι δ' οὐχ ἐγκεφαλίτην, ἀλλ' αὐτὸ δὴ τοῦτο μυελὸν ὀνομάζειν ἀξιοῦσιν. *Vide etiam* Galen. *Anatomia XV, exordium [versio Arab. (t. I), p. 280,12 ; versio German. (t. II), p. 203 Simon]* ; Aristot. *De part. an.* β *7,652a24* : περὶ δ'ἐγκεφάλου σχεδόν ἐστιν ἐχόμενον εἰπεῖν· πολλοῖς γὰρ καὶ ὁ ἐγκέφαλος δοκεῖ μυελὸς εἶναι καὶ ἀρχὴ τοῦ μυελοῦ διὰ τὸ συνεχῆ τὸν ῥαχίτην αὐτῷ ὁρᾶν μυελόν, ἔστι δὲ πᾶν τοὐναντίον αὐτῷ τὴν φύσιν ὡς εἰπεῖν. *Cf. etiam praef. p. 8,7.*

7) de ossium creatione] *Cf. etiam* Ps. Galen. *Def. 86 (t. XIX, p. 368,5 Kuehn)* ὀστοῦν ἔστι κατὰ μὲν Πλάτωνα μυελὸς ὑπὸ θερμοῦ πηγνύμενος.

Deus] *Cf. 73e1* : συνίστησιν... ἐντίθησιν κτλ.

7-8) qui... exaltetur] *Cf. praef. p. 25, n. 3.*

8) particulas] *Add. Galenus ? cf. 73e1* : γῆν.

puras, in pulverem redactas] *Cf. 73e1* : καθαρὰν καὶ λείαν. — *Sed interpres alibi (Cf. supra, l. 2 ; cap. XIII, l. 23)* λεῖος *voce* amlas *reddidit. Nonne Galenus alio vocabulo usus est ?*

9) subegit] *73e2* : ἐφύρασε καὶ ἔδευσεν μυελῷ.

10) hanc pultem] *Add. interpres ; cf. praef. p. 29, n. 4.*

deinde... eduxit et] *Cf. 73e3* : μετ' ἐκεῖνο δέ.

immisit] *Cf. 73e3* : βάπτει.

10-11) deinde... iterum reposuit] *Versio duplex* (πάλιν *73e3*).

11) deinde... restituit] *73e4* : αὖθίς τε εἰς ὕδωρ. — *Verbum interpres addidit ; cf. praef. p. 29, n. 5.*

12) ab utroque] *Cf. 73e4* : μεταφέρων δ' οὕτω πολλάκις εἰς ἑκάτερον (*om. Galenus ?*) ὑπ' ἀμφοῖν ἄτηκτον ἀπηργάσατο.

13) natura ossium] *Cf. 74a7* : τῆς ὀστεΐνης φύσεως ἕξιν.

arida... flectuntur] *Cf. 74b1* : κραυροτέραν... καὶ ἀκαμπτοτέραν.— *Galenus* κραύρην καὶ ἄκαμπτον *scripsisse videtur.*

13-14) praeter modum arefierent] *Cf. 74b1* : τοῦ δέοντος κραυροτέραν.

modum arefierent, ea carne circumdedit et nervis invicem movendi causa
15 ligavit. Ea autem ossa quae multum animata sunt, sicut cranium capitis, **c**
exigua carne circumdedit ; quae vero haud multum animata sunt, copiosa
carne circumdedit, sicut bracchia et femora. Et quibusdam locis carnem
sensus causa separatim fecit, sicut lingua.

Deinde dixit : Et creavit Deus os duarum rerum gratia, quarum
20 una necessaria est, altera autem propter id quod prioris praestantius
est. Res vero necessaria est ea qua ad vitam necessario egetur — cibum
dico et potum et aëris inspirationem — ; res autem praestantissima est **d**
sermo.

Deinde postea pellem ut corticem supra carnem respirationis causa

---

19-23) *75d6-e5* 24-25) *75e8-76a2*

---

14) carne... nervis] *Cf. 74b4* : οὕτω τὸ τῶν νεύρων καὶ τὸ τῆς σαρκὸς γένος ἐμηχανᾶτο.
circumdedit] *74d6 :* οἷς συμπεριλαβὼν ὁ θεὸς ὀστᾶ καὶ μυελόν.
movendi causa] *Cf. 74a6* : κινήσεως καὶ κάμψεως ἕνεκα.

14-15) nervis... ligavit] *Cf. 74d7* : δήσας πρὸς ἄλληλα νεύροις.

15) cranium capitis] *Cf. e. g.* GALEN. *De ossibus, 1 (t. II, p. 739,16 Kuehn)* · κράνιον. . . τὸ τῆς κεφαλῆς ὀστοῦν.

16) exigua... circumdedit] *74e2* : ὀλιγίσταις (!) συνέφραττε (!) σαρξίν.
copiosa] *Cf. 74e3* : πλείσταις καὶ πυκνοτάταις ; *superlativum non curavit interpres.*

17) carne circumdedit] *Add. interpres.*
bracchia] *Cf. 75a1* : βραχιόνων.
femora] *Cf. 74e11* : τό τε τῶν μηρῶν.

18) sensus causa] *Cf. 75a5* : αἰσθήσεων ἕνεκα.
separatim] *Cf. 75a5* : τινα αὐτὴν καθ' αὑτὴν... σάρκα. *Versio inepta.*

19) creavit Deus] *Cf. 75d8* : διεκόσμησαν οἱ διακοσμοῦντες ; *sed 75d1* : ὁ θεός.
os] *Cf. 75d6* : τὴν... τοῦ στόματος ἡμῶν δύναμιν.

20-21) propter... praestantius est] *75d7* : ἕνεκα... ἀρίστων.— prioris *add. interpres ; cum Syri tum Arabi superlativum et comparativum non bene distingunt. Cf. etiam ad cap. XVI. l. 10.*

21) qua... egetur] *Cf. 75e2* : πᾶν ὅσον εἰσέρχεται τροφὴν διδὸν τῷ σώματι.

21-22) cibum... et potum] *Cf. e. g. 79a1* : τὰ σιτία καὶ ποτά.

22) et aëris inspirationem] *Add. Galenus ; cf. ad cap. XIX, l. 11.*
praestantissima] *Cf. 75e4* : κάλλιστον καὶ ἄριστον.

23) sermo] *Cf. 75e3* : λόγων νᾶμα ; *cf. praef. p. 7,11 ss.*

24) pellem ut corticem] *Cf. 76a1* : λέμμα μεῖζον περιγιγνόμενον ἐχωρίζετο, δέρμα τὸ νῦν λεγόμενον. — *Sed Plato hic de capitis tantum pelle loquitur.*
respirationis causa] *Add. Galenus. Cf. De placit. VIII, p. 717,12*: ἡ μὲν οὖν ἑτέρα τῶν ἐνεργειῶν ἀναπνοὴ καλεῖται, διαπνοὴ δὲ ἡ διὰ τοῦ δέρματος, ἃς ἀμφοτέρας εἰς ἓν συναγαγὼν

extensam esse dixit. De capitis autem suturis dixit : Propter perio- 25
dorum et nutrimenti vim factae sunt ; quo magis illa se invicem
impellant, eo frequentiores sunt illae suturae ; quo autem minus
se impellant, eo pauciores sunt illae suturae. De generatione autem
e capillorum haec verba fecit : Ignis divinus pellem corpori circumda-
tam perforavit ; cum autem (pellis) perforata esset et ex eo foramine 30
mador qui intus erat in conspectum egressus esset, huius madoris quod
calidum humidum sincerum erat, stillavit ; quod autem eis rebus ex
quibus pellis oritur se commiscet, cum intus egrediens ex pelle pro-
deat, in longum extenditur eiusque tenuitas fit secundum mensuram
foraminis e quo prodiit. Et quia huius (madoris) motus segnis est, 35
aër qui eum extrinsecus circumdat eum repellit, ita ut intra pellem

---

25-28) *76a6-b1* 29-40) *76b1-d3*

οὔτε συνημμένας ἀλλήλαις... ὡς ἐπιδέδεικται δι'ὧν εἶπον ἀρτίως ὑπομνημάτων... *Ibid. p. 719,8* : περιωθουμένου τοῦ περιέχοντος ἡμᾶς ἀέρος εἰς τὸ σῶμα διὰ τοῦ δέρματος, ὡς ἐνέργειαν μὲν εἶναι [διὰ] τῆς φύσεως ἡμῶν τὴν ἐκπνοὴν καὶ διαπνοήν, πάθος δὲ τὴν εἰσπνοήν, οὐ μόνον τὴν διὰ τοῦ στόματος, ἀλλὰ καὶ τὴν διὰ τοῦ δέρματος. *Cf. etiam ad cap. XIX, l. 7.*

26-27) quo magis... impellant] *Cf. 76a8* : μᾶλλον μὲν ἀλλήλοις μαχομένων τούτων. *Forsitan Galenus vocabulum 'poeticum'* μαχομένων *alio vocabulo commutaverit; cf. praef. p. 7,19.*

27 et 28) illae suturae] *Add. interpres syntaxeos Semiticae necessitate coactus ; cf. praef. p. 29, n. 4.*

27-28) quo autem... suturae] *76b1* : ἧττον δὲ ἐλάττους.

29) ignis divinus] *Interpres Syriacus vel librarius aliquis Graecus vocis* τὸ θεῖον (*i.e. cerebrum* ; *cf.* TAYLOR, *Commentary, p. 537*) *vi male intellecta, 76b2* πῦρ τὸ θεῖον *pro* πυρὶ τὸ θεῖον *legisse videtur. Cf. praef. p. 24, 16.*

29-30) pellem... perforavit] *Cf. 76b1*: πᾶν τὸ δέρμα κύκλῳ κατεκέντει. *Interpres* (Arabicus, non Syriacus) *vocem* κύκλῳ *perperam intellexisse videtur* ; *cf. not. p.* ٢٥*, ad l. 8.*

30) perforata esset] *76b2* : τρωθέντος *omnes libri Platonis ;* τρηθέντος *correxit* CORAES (*cf.* TAYLOR, *o. l. p. 537*), *scripsit* GALENUS ; *cf. praef. p. 6,20.*

ex eo foramine] *Supplevit interpres ; 76b3* : δι' αὐτοῦ. *Cf. praef. p. 29, n. 4.*

31) huius madoris] *Add. interpres.*

32) sincerum] ὅσον εἰλικρινές (*76b4*) *male intellexit interpres.*

stillavit] *76b4* : ἀπῄειν, *quod interpres recte explicavit* ; *cf. praef. p. 28,1 ss.*

33-34) cum... prodeat] *76b5* : αἰρόμενον μὲν ὑπὸ τῆς φορᾶς ἔξω.

34-35) eiusque... foraminis] *76b6* λεπτότητα ἴσην ἔχον τῷ κατακεντήματι.

e quo prodiit] *Add. interpres.*

35-36) Et quia... repellit] *76b7* : διὰ δέ βραδυτῆτα ἀπωθούμενον ὑπὸ τοῦ περιεστῶτος ἔξωθεν πνεύματος.

retineatur et ab utraque parte trusus exsurgat, eodemque modo eius radix consolidetur. Caput autem multicomum redditum est, ut quasi tutamen ab illis rebus haberet quae illud extrinsecus attingerent; (voce) ‹ab illis rebus› autem frigus et calorem indicat. Ungues autem in extremis digitis ex mixtione ossium et nervorum < et pellis > et carnis

f

40

40-43) *76d3-b1*

36-37) intra pellem...exsurgat] *Versio duplex ; cf. 76c1 :* ἐντὸς ὑπὸ τὸ δέρμα εἱλλόμενον. — *Sed ibi (sicut etiam 87a1 vox* εἴλλεσθαι *solum* 'retineri' *significat (cf.* Tim. Sophist. *Lex. voc. Plat. [in Platon. Dialog. VI, p. 401 Hermann], s. v.* εἰλομένων : συνεσταλμένων, συγκεκλεισμένων). *Altera quam proposuit interpres versio* 'ab utraque parte trusus exsurgat', *vocis* εἴλλεσθαι *(sive potius* ἴλλεσθαι) *significatui congruit qui Timaei de terrae positione celeberrimo loco (40b8) invenitur et quemdam motum oscillantem, ut aiunt, indicat (Cf.* Taylor, *Commentary, p. 226 ss. 234 s.; v. etiam Scholia in Tim. [in Platon. Dialog. VI, p. 369,15 Hermann]* : τὴν γῆν εἱλεῖσθαι καὶ στρέφεσθαι φάσκοντα). *Hunc locum etsi Galenus in Timaei Compendio (cap. V b) consilio omisit (cf. praef. p. 13, 21), alibi tamen vocis* εἱλλόμενον *quae 70c1 occurrit explicationem invocavit ; cf.* Galen. *In Hippocr. Epid. Comm. (Corp. Med. Gr. V, 10,2,1, p. 128,15 Wenkebach) :* φαίνεται γὰρ ἀντὶ τοῦ κατακλειόμενον ἢ ἀπωθούμενον εἰς τὸ βάθος ἢ ἐνειλούμενον ἐνταῦθα κεχρῆσθαι τῷ εἱλλόμενον ὀνόματι, καθ' ὃ σημαινόμενον δοκεῖ καὶ ἥδε ἡ λέξις ὑπ' αὐτοῦ γεγράφθαι 'γῆν δέ... τεταμένον' *(40b8).*

37-38) eodemque modo .... consolidetur] *76c1* : κατερριζοῦτο.

38) multicomum] *Cf. 76c6* : λασίαν ἡμῶν ἀπηργάσατο τὴν κεφαλήν.

38-39) quasi tutamen] *Cf. 76c8* : στέγασμα τῆς περί τὸν ἐγκέφαλον ἕνεκα ἀσφαλείας.

39-40) quae attingerent] *Cf. cap. XII, l. 18 ; XV, l. 28.*

40) frigus et calor] *76d1* : θέρους χειμῶνός τε, *quibus verbis Galenus voces* ψυχρότης *et* θερμότης *substituisse videtur ; cf. ad cap. VII, l. 9 et cap. XXII, l. 39.*

41) <et pellis>] *; om. librarius ; cf. 76d3* : τὸ δ' ἐν τῇ περὶ τοὺς δακτύλους καταπλοκῇ τοῦ νεύρου καὶ τοῦ δέρματος ὀστοῦ τε, συμμειχθὲν ἐκ τριῶν.

et carnis] *Cf.* Galen. *De anat. II 11 (t. II 335,2 Kuehn)*: οἴονται γὰρ αὐτοὺς *(scil.* τοὺς ὄνυχας ; αὐτά *add. ; corr.* Schroeder, *p. 38)* ἔνιοι κραθέντων ἀλλήλοις ὀστοῦ καὶ νεύρου καὶ δέρματος γεγονέναι. τινὲς δὲ αὐτοῖς καὶ τὴν σάρκα προστιθέασιν. ὅτι μὲν οὖν συμπεφύκασι τοῖς εἰρημένοις ἅπασιν οἱ ὄνυχες, ἐναργῶς φαίνεται. *Comm. in Tim. p. 9, 16 Schroeder (ad 76d3-e6) :* ὥστε ἔνεστι τῷ βουλομένῳ μὴ μόνον <ἐξ> ὀστοῦ καὶ νεύρου καὶ δέρματος, ἀλλὰ καὶ σαρκὸς καὶ φλεβὸς ὑμένων τε καὶ συνδέσλων οἴεσθαι γεγονέναι τοὺς ὄνυχας. εἴρηται δὲ περὶ τούτων ἐπὶ πλέον ἐν ἄλλοις τέ τισι καὶ τω τρίτῳ Περὶ τῆς Ἱπποκράτους ἀνατομῆς. *Cf. praef. p. 16, 11.*

42) creator] *Cf. 76e2 :* οἱ συνιστάντες ἡμᾶς . . . ὑπετυπώσαντο τὴν τῶν ὀνύχων γένεσιν. *Cf. praef. p. 25, 2.*

orti sunt. Creator vero ungues homini fecit, quia animalia eis necessario indigent.

Deinde dixit : Et creavit Deus — qui honore et maiestate eminet — plantas propter hominis nutrimentum, et in eis unam animae speciem, id 45 est concupiscentem, posuit.

a XIX. Res autem quae inglutiuntur, cum calore subtiles redditae sint, e ventriculo in totum corpus penetrant ; atque cum eis et cum aëre etiam <ignis> penetrat. Ignis enim et aër secundum duos motus in orbem simul utrimque moventur. Cum igitur ambo ex ore foras egrediantur et

44-46) *76e8-77c6*

42-43) quia... indigent] *Cf. 76e2* : τῆς τῶν ὀνύχων χρείας ὅτι πολλὰ τῶν θρεμμάτων καὶ ἐπὶ πολλὰ δεήσοιτο ᾔδεσαν.

44) Deus] *Cf. 77a3* : βοήθειαν... θεοὶ μηχανῶνται.

qui eminet...] *Cf. praef. p. 25, n. 3.*

45) plantas] *77a6* : φυτά.

propter... nutrimentum] *Cf. 77c6*: ταῦτα δὴ τὰ γένη πάντα φυτεύσαντες οἱ κρείττους τοῖς ἥττοσι ἡμῖν τροφήν. *Cf. etiam* GALEN. *Comm. in Tim. p. 11,6 Schroeder (ad 76e7-77c5) ; ibid. p. 13, 12 (ad 77c6-9)* : ἕνεκα τοῦ τρέφεσθαι τὰ σώματα ἡμῶν, παρεσκευάσθαι φησὶν ὑπὸ τῶν θεῶν τὰ φυτά.

46) concupiscentem] *Cf. 77b4* : τοῦ τρίτου ψυχῆς εἴδους ; *Cf. praef. p. 15, 9. — De anima plantarum Galenus in libro qui* Περὶ τῶν ἑαυτῷ δοκούντων *inscribitur longe disseruit ; cf. praef. p. 16, l. 25 ss.*

XIX, 1) cum... sint] *Cf. 78e7* : πῦρ... τὰ σιτία καὶ ποτὰ λάβῃ, τήκει δὴ ὁπόταν... καὶ κατὰ σμικρὰ διαιροῦν.

2) e ventriculo] *Cf. 78e7* : διὰ τῆς κοιλίας εἰσελθόν. *An potius* γαστήρ ?

3) <ignis>] *Cf. 78e6* : τὸ πῦρ ἐντὸς συνημμένον. — GALEN. *De placit. VIII, p. 712,9 Mueller (ad 77e7-78b4)* : τὸ μὲν οὖν ἀέρι καὶ πυρὶ χρῆσθαι τὴν φύσιν πρὸς πέψιν τροφῆς αἱμάτωσίν τε καὶ ἀνάδοσιν ὀρθῶς εἴρηται· τὸ δὲ ἐξ αὐτῶν πλέγμα γεγονέναι καὶ μὴ διὰ ὅλων κρᾶσιν οὐκέτι ἐπαινῶ.

in orbem] *Galenus verba tradita* οἷον τροχοῦ περιαγομένου *(79c1) reiecit ; cf. praef. p. 7, 19.*

4) simul utrimque] *Cf. 79e8* : κύκλον... ἔνθα καὶ ἔνθα. *Cf.* GALEN. *Comm. in Tim. p. 24, 21 Schroeder* : γίνεται τοίνυν ἡ τοιαύτη κίνησις οὐκ ἀκριβὴς κύκλος ἐπὶ τὰ αὐτὰ διὰ παντὸς περιφερόμενος, ἀλλ', ὡς αὐτὸς εἶπεν, ἔνθα καὶ ἔνθα, καὶ κατὰ τοῦτο διήνεγκεν ἡ τοῦ Πλάτωνος δόξα τῆς < Ἑστιαίου τοῦ > ἐξ Ἀκαδημίας, οὐχ ὡς Ἐρασίστρατος ἔγραψεν· ἐκείνη μὲν γὰρ κατὰ κύκλον ἀκριβῆ διὰ παντὸς περιφέρεσθαι τὸν ἀέρα ἐπὶ τὰ αὐτὰ καὶ ὡσαύτως βούλεται, αὕτη δὲ οὐ κατὰ κύκλον ἀεὶ τὸν αὐτόν, ὡς ἄν τις εἴποι, κατὰ δύο ἡμικύκλια ἐναντίως ἀλλήλοις κινούμενα.

foras egrediantur] *Cf. 79b2*: τὸ δὲ πνεῦμα φέρεται παρ' ἡμῶν ἔξω : *79c2* : ἔξω μεθιὲν τὸ πνεῦμα.

5 aëra qui nos circumdat in orbem propellant, is aër in corpore quoniam rarum sit introrsum penetrat. In corpore igitur calefactus eadem via extra corpus iterum excedit, ad hunc (aëra) versus qui ei cognatus est. Eodem- **b** que modo aër, cum in orbem propellatur, per os in intimum corpus ingreditur, et cum illic porro calefactus sit, iterum ad aëra qui eiusdem naturae 10 est excedit ; via autem qua excedit et intrat os est. Ea vero est exspiratio ; eius ingressio autem in intimum corpus inspiratio est. Deinde dixit : Et cum ignis et aër in corpore pellem versus moveantur, una cum eis tunc nutrimentum subtile redditum totum corpus per venas penetrat. Quod (nutrimentum) cum e venis ad unumquodque membrum perveniat, id simi- **c** 15 litudine sua nutrit. Nam hoc aliquid animalibus et universo mundo commune

---

1-11) *77c6-79e9* 12-17) *80d1-81b4*

---

5) aëra... circumdat] *Cf. 79c3* : ὑπὸ τοῦ περὶ τὸ σῶμα ἀέρος.

in orbem propellant] *Cf. 79c6* : περιωθεῖ ; *e2* : θάτερα περιωθεῖ, τὸ δὲ περιωσθέν ; *e6. Cf.* GALEN. *In Tim. Comm. p. 22, 30 Schroeder* : τὸ κατὰ τὴν περίωσιν ὀνομαζόμενον δόγμα καθ' ἣν βούλεται γίνεσθαι τήν τε ἀναπνοὴν καὶ διαπνοήν. *Galenus alibi ipsam* περιώσεως *rationem absurdam esse censuit ; e. g. De placit. VIII, p. 714, 14-720, 16 Mueller ; In Tim. Comm. p. 25, 21* : οὐκ οἶδα τί δόξαν αὐτῷ τὴν τῆς περιώσεως δόξαν ἀντὶ τῆς ὁλκῆς εἵλετο.

5-6) quoniam rarum sit] *Cf. 79b1 ss.*

6) introrsum penetrat] Cf. ALBIN. *Didasc.* c. XXI, p. 175, 22 : διὰ τῶν ἄλλων τοῦ σώματος πόρων... εἴσω χωρεῖ.

7) qui ei cognatus est] *Cf. 79d5* : τὸ θερμὸν δὴ κατὰ φύσιν εἰς τὴν αὑτοῦ χώραν ἔξω πρὸς τὸ συγγενὲς... ἰέναι.

8) per os] *Cf. 79e1* : κατὰ τὸ στόμα. — GALEN. *In Tim. Comm. p. 23,6* : ὅταν δ' αὖ πάλιν ἐπὶ τὴν διὰ τοῦ δέρματος ἐκτὸς φορὰν ὁρμήσῃ τό τε πνεῦμα καὶ ἡ θερμασία, περιωθούμενον αὖθις τὸν ἔξωθεν ἀέρα φέρεσθαι διὰ τοῦ στόματος ἔσω τοῦ σώματος.

intimum] *Galenum* πρὸς τὸ βάθος τοῦ σώματος *scripsisse censemus.*

9) eiusdem naturae] *Cf. 79e6* : πρὸς τὴν αὑτοῦ φύσιν φερόμενον.

10-11) expiratio... inspiratio] *Cf. 79e9* : τὴν ἀναπνοὴν καὶ ἐκπνοὴν γίγνεσθαι.—*Sed Galenus* ἐκπνοή et εἰσπνοή *scripsisse videtur. Cf. e. g. De Placit. VIII, 719, 10 ss. ; 721,5 s.* ALBIN. *Didasc. c. XXI, p. 175, 26* : ... οὕτω τε ἀπαύστως τούτου τοῦ κύκλου συντελουμένου ἡ εἰσπνοή τε καὶ ἐκπνοὴ συνίσταται. *Galenum a Platone in respirationis explicatione dissentire satis notum est. Cf.* TAYLOR, *Commentary, p. 565 ss.;* SCHROEDER, *o. l. p. 79 ss.*

14-15) similitudine sua] *Cf. 80d8* : ἀπὸ συγγενῶν ὄντα ?

15) animalibus et universo mundo] *Cf. 81a2* : καθάπερ ἐν τῷ παντὶ παντὸς ἡ φορὰ γέγονεν ; *a7* : ὥσπερ ὑπ' οὐρανοῦ συνεστῶτος ἑκάστου τοῦ ζῴου, τὴν τοῦ παντὸς ἀναγκάζεται μιμεῖσθαι φοράν.

est ; ut enim unumquidquid in mundo ad eum locum versus movetur quo naturaliter eius motus (vertitur), ita res in corporibus animalium se habet.

Deinde dixit : Quando igitur quod ex membris evacuatur, excedit ٢٧ id quod fluendo in ea intravit, corpus animalium decrescit ; quando autem quod fluendo in ea intrat excedit, corpus crescit et augetur. 20 d Dum enim triangula nova et robusta sunt, sicut clavi qui navem consolidant, vigor et robur corporis valida sunt ; qua de re vigor omne vincit quod in corpus descendit, et animalia in hac condicione pinguescunt. Cum autem longo tempore debilitetur, vigor (corporis) vincitur et dissipatur, et in hac condicione corpus animalium decrescit et consenescit ; 25 quo tempore triangulorum quae in cerebro sunt vincula dissolvuntur neque ad resistendum valent, quia labore adeo disiunguntur ut animae

---

18-30) *81b4-e6*

16-17) quo... (vertitur)] κινεῖσθαι κατὰ φύσιν. *Verba Galeni ; cf.* Bonitz, *Index Arist. 837a 20 ss.*

18-19) quando... intravit] *Cf. 81b4* : ὅταν μὲν δὴ πλέον τοῦ ἐπιρρέοντος ἀπίῃ.

19) corpus... decrescit] *Cf. 81b5* : φθίνει πᾶν.

19-20) quando autem... excedit] *Cf. 81b5* : ὅταν δὲ ἔλαττον.

20) crescit et augetur] *Versio duplex* (αὐξάνεται *81b5*) ; *cf. praef. p. 25, n. 6.*

21) triangula nova] *Cf. 81b6* : καινὰ τὰ τρίγωνα.

21-22) sicut clavi... consolidant] *Cf. 81b6* : οἷον ἐκ δρυόχων ἔτι ἔχουσα τῶν γενῶν. *Cf. Scholia in Timaeum (Plato Dialogi, VI p. 369, 20 Hermann)* : τὰ στηρίγματα τῆς πηγνυμένης νεὼς δρυόχους φασίν. — *Galenum* οἷον ἐκ δρυόχων *tantum scripsisse censemus. Quae verba interpres, glossario quodam usus, satis accurate reddidit. Cf. etiam praef. p. 26, 13.*

22) vigor et robur] *Versio duplex* (ἰσχύς) ; *cf. 81b7* : ἰσχυρὰν... σύγκλεισιν. *Etiam in* Galeni Περὶ ἠθῶν *versione Arabica (ed.* P. Kraus, *Bull. Fac. of Arts, Egyptian University V 1, 1937, p.* ٢٧, l. 12) *vocabula* quwwa wa ǧalad *pro* ἰσχύς *adhibita inveniuntur.*

22-23) omne vincit] *Cf. 81c5* : ἐπικρατεῖ τέμνουσα.

23-24) et... pinguescunt] *Cf. ibid.* καὶ μέγα ἀπεργάζεται τὸ ζῷον τρέφουσα ἐκ πολλῶν ὁμοίων.

24) longo tempore] *Cf. 81d1* : ἐν πολλῷ χρόνῳ.

vincitur] *Cf. 81d4* : κρατούμενον.

25) dissipatur] *Cf. 81d3* : διαιρεῖται.

decrescit et consenescit] *Cf. 81d4* : φθίνει δὴ πᾶν ζῷον... γῆράς τε ὀνομάζεται τὸ πάθος.

26) triangulorum... sunt] *Cf. 81d5* : τῶν περὶ τὸν μυελὸν τριγώνων.

vincula relaxent. Et tum mors absque ulla molestia evenit. Aperte igitur ex **e** hoc patet mortem quae aliter evenit—mortem scilicet quae morborum causa 30 fit — molestam esse.

XX. Deinde postea de morbis disserens dixit : genera primaria eorum **a** tria sunt, quorum primum id est quod ex corporum priorum incremento vel imminutione et defectu fit. Atque manifestum est me (voce) corporum <priorum> terram ignem aquam aëra indicare, quae ceteri philosophi 5 posteriores elementa nuncupaverunt. Alterum autem morborum genus ex

---

1-5) *81e7-82b7*

---

28) vincula... relaxent] *Cf. 81d6* : ἐπειδάν... μηκέτι ἀντέχωσιν δεσμοὶ τῷ πόνῳ διιστάμενοι, μεθιᾶσιν τοὺς τῆς ψυχῆς αὖ δεσμούς.

absque ulla molestia] *Cf. 81e4* : ἀπονώτατος τῶν θανάτων καὶ μᾶλλον μεθ' ἡδονῆς γιγνόμενος ἢ λύπης.

30) molestam esse] *Cf. 81e1* : πᾶν γὰρ τὸ μὲν παρὰ φύσιν ἀλγεινόν.

XX. 1-3) genera primaria... fit] *Cf.* Galen. *De placit. VIII, p. 667, 9 ss. (post Tim. 82a1-7)* : ἐν ταύτῃ τῇ ῥήσει σαφῶς ἐδήλωσεν ὁ Πλάτων οὐ μόνον ἐκ γῆς καὶ ὕδατος καὶ ἀέρος καὶ πυρὸς γεγονέναι τὰ σώμαθ' ἡμῶν, ἀλλὰ καὶ ὅτι διὰ ταῦτα μέτρῳ μὲν ἀλλήλοις κεκραμένα κατὰ φύσιν ἔχομεν, ὅπερ ταὐτόν ἐστι τῷ ὑγιαίνομεν, ἐλλείποντος δέ τινος ἢ πλεονάσαντος ἢ μεταστάντος εἰς ἀλλοτρίαν χώραν νοσοῦμεν. ὅτι μὲν οὖν ἥ τε πλεονεξία καὶ ἡ ἔνδεια διαφθείρει τὴν εὐκρασίαν τῶν πρώτων σωμάτων ἐν ᾗ ἡ ὑγίεια, πρόδηλον.

3) et defectu] *Cf. 82a3* : καὶ τῆς χώρας μετάστασις ; *ad vocis* χώρα *omissionem cf. ad cap. IX, l. 22 et 27.*

me] *Galenus Platonis verba interpretatus in prima persona loquitur. Cf. praef. p. 3, 23 ss.*

4) terram... aëra] *Cf. praef. p. 12, l. 27.*

5) elementa] *Vox* στοιχεῖα *in Timaeo quidem occurrit (48b8, 54d6, 55b4), sed ibi superficies corporum geometricorum, non ipsa elementa indicat. Cf. cap. X, l. 8 ; XVIII, l. 4 et praef. p. 8, 3 ss. Vide* Galen. *De placit. VIII, p. 669, 2 ss. (post. Tim. 82a7-b7)*: ὅτι μὲν οὖν ἐκ γῆς καὶ πυρὸς ἀέρος τε καὶ ὕδατος ἡ τοῦ σώματος ἡμῶν ἐστι σύστασις, ὅτι τε διὰ τὴν τούτων ἔνδειαν ἢ πλεονεξίαν ἢ μετάστασιν αἱ νόσοι γίνονται, σαφῶς ἐδήλωσε. Δόξει δὲ ἐν τῷ μὴ καλεῖν αὐτὰ στοιχεῖα διαφέρεσθαι πρὸς Ἱπποκράτην. καίτοι γε οὐδὲ ἐκεῖνος ὠνόμασεν αὐτὰ στοιχεῖα, μόνον δέ, ὅτι τούτων συνιόντων καὶ κεραννυμένων τὰ φυσικὰ γίνεται σώματα. *In Hippocr. De nat. hom. procem. (Corp. Med. Gr. V 9, 1, p. 6, 8 Mewaldt)* : ἀλλὰ περὶ μὲν τοῦ σημαινομένου πρὸς τῆς 'στοιχεῖον' φωνῆς ἐν τῷ τρίτῳ (*sic* Ḥunain ; πρώτῳ *falso codd. Graeci*) τῶν Περὶ τῶν ἰατρικῶν ὀνομάτων ἐπὶ πλεῖστον εἴρηται, καθάπερ γε καὶ Περὶ τοῦ τῆς φύσεως ἐν τῷ πέμπτῳ. *Cf.* H. Diels, *Elementum (Lipsiae 1899), p. 43.*

eis rebus fit quae ex elementis compositae sunt. Morborum enim medullae
b et ossium <et carnis> et nervorum et sanguinis — quae ex elementis
constant — alteri eodem modo fiunt quo morbos priores fieri diximus, al-
teri vero contrarie, qui sunt maximi et gravissimi. Nervus enim natura
(sua) ex fibris quae in sanguine sunt nascitur et nutritur, caro autem 10
ex sanguine, cum hae fibrae ab eo se separaverint et (sanguis) concre-
٣٨ verit. Res autem viscosa et pinguis quae ex nervo et carne egreditur,
carnem ossi agglutinat, et insuper os quod medullam circumdat nutrit et
c auget. Res autem pura quae ex ossibus propter eorum densitatem stillat
medullam nutrit. Quando hae res in eo statu quem descripsimus perse- 15
verant, salus in animalibus permanet, quando autem animalia in statu
contrario sunt, morbus oritur. Nam si caro liquescat et quod liquescit
in venas fluat, in venis tunc sanguis copiosus (et) multicolor et cum eo
spiritus exsistit; cuius sanguinis aliquid amarum et aliquid acidum et
aliquid salsum fit, et ex eo bilis et ichor et pituitae quaedam species ori- 20
d untur. Caro autem quae vetusta et difficilis liquefactu liquescit, propter

5-9) *82b8-c7* 9-17) *82c7-e3* 17-21) *82e3-7*

7) <et carnis>] *Cf. etiam* Galen. *De placit. VIII, p. 684, 4 Mueller.*

10) ex fibris... sunt] *Cf. 82d1* : ἐξ ἰνῶν. *Verba* quae in sanguine sunt *explicatio interpretis esse videtur ; cf. praef. p. 26, n. 5. Sed cf. cap. XXII, l. 37.*

et nutritur] *Add. Galenus ; cf. 82c8* : γίγνεται.

10-12) caro autem .. concreverit] *Verba 82d1:* σάρκες δὲ ἀπὸ τοῦ παγέντος ὃ πήγνυται χωριζόμενον ἰνῶν *ab interprete leviter mutata sunt.*

12) res... pinguis] *82d2* : τὸ δὲ... γλίσχρον καὶ λιπαρόν. *Cf. praef. p. 29, n. 2.*

13) insuper] *Cf. 82d3* : ἅμα.

14) res autem pura] *Cf. 82d5* : τὸ δ'αὖ... καθαρώτατον γένος.

stillat] *Verba* τῶν τριγώνων κτλ. *(82d6) om. Galenus.*

15) nutrit] *Cf. 82d7* : ἄδρει. — *Galenus verba tradita reiecit ; cf. praef. p. 7, 24 ss.*

haec res... descripsimus] *82e1* : κατὰ ταῦτα ; *cf. praef. p. 29, n. 6.*

16-17) quando autem... sunt] *Cf. 82e2* : ὅταν ἐναντίως.

17-18) nam si... fluat] *Cf. 82e3* : ὅταν γὰρ τηκομένη σὰρξ ἀνάπαλιν εἰς τὰς φλέβας τὴν τηκεδόνα ἐξιῇ.

18-20) multicolor... salsum fit] *Discrepantia a Platonis verbis partim interpreti imputanda esse videtur ; cf. not. p.* ٣٨, *ad l. 5,*

20) pituitae quaedam species] *82e7* : φλέγματα παντοῖα.

21) vetusta] *83a6* : παλαιότατον!

difficilis liquefactu] *Interpres in codice Graeco ab eo excusso* δύστηκτον *pro genuina lectione* δύσπεπτον *(83a7) legisse videtur.*

exustionem nigrescit ; et cum exedatur omnimodo et amarescat, incursio
eius in unumquodque corporis membrum quamdiu immutatum non sit,
gravis fit. Et interdum in (corpore) amaritudinis loco acerbitas fit, quando
25 ea amaritudo magis quam opporteat subtilis reddita sit ; interdum vero
ea amaritudo rursus sanguine miscetur et rubrum colorem recipit. Cum
ergo is color <colore> nigro misceatur, ex eo color viridis oritur. Ex
carne autem recenti quam calor igneus liquefacit, mixtio amara (et) rubra- **e**
nitida fit. Deinde dixit : nomen commune his omnibus speciebus bilis est ;
30 distinguuntur autem earum nomina secundum colores quos unaquaeque
earum recipit. Haec igitur sunt omnia quae Plato de bilis sucis dixit.

XXI. Deinde postea hanc orationem ad verbum scripsit : Ichor **a**
qui ex sero sanguinis fit levius malum affert. — Est vero ichor humor
inter sucos tenuis et serosus. Veteres autem medici humoribus qui in ٢٩

21-31) *83a6-c5* 1-10) *83c5-7*

21-22) propter exustionem] *83a7*: ὑπὸ παλαῖας συγκαύσεως *libri Platonis* (*cf.* Taylor, *Commentary, p. 593*) ; ὑπὸ πολλῆς συγκαύσεως Galen. *De placit. VIII, p. 686, 16. In Timaei paraphrasi Galenus adiectivum omisisse videtur.*

22-24) incursio eius... gravis fit] *83b1* : παντὶ χαλεπὸν προσπίπτει τοῦ σώματος ὅσον ἂν μήπω διαφθαρμένον ᾖ. — Membrum *add. interpres.*

24) acerbitas fit] *Verba 83b3* : τὸ μέλαν χρῶμα *om. Galenus.*

25) quam opporteat] *Add. interpres.*

26) miscetur] *Cf. 83b4* : βαφεῖσα. *Galenus verba translata reiecit* ; *cf. praef. p. 7, 24 ss.*

rubrum... recepit] *Cf. 83b5* χρῶμα ἔσχεν ἐρυθρώτερον.

27) viridis] *83b6* : χλοῶδες Galenus *recte hic et De placit. VIII, p. 687, 6 ; contra* χολῶδες *libri Platonici. Cf. praef. p. 6, 25 ss.*

28-29) rubra-nitida] *Versio duplex* (ξανθόν *83b6*) ; *cf. cap. XVI, l. 17.*

29) his omnibus speciebus] *83b8* : πᾶσιν τούτοις.

XXI. 1) ad verbum] *Cf. supra, cap. IX, l. 2.*

1-2) ichor... affert] *83c5* : ἰχὼρ δέ, ὁ μὲν αἵματος ὀρὸς πρᾶος.

2-3) est autem... serosus] *Cf.* Ps.-Galen. *In Hippocr. De nutr. III 21 (t. XV 345, 13 Kuehn)*: κατὰ δὲ τὸν αὐτὸν τρόπον καὶ περὶ τῶν ἰχώρων νομιστέον, ὡς οὐ σμικρὰ συμπτώματα ὑφ' ἑαυτῶν γίνεται, καὶ ὁ Πλάτων δὲ ταὐτό πως λέγει εἰπών 'ἰχὼρ δὲ... ἄγριος' (*83c5-6*). δῆλον γάρ ἐστιν ὅτι ἐπὶ πάντων χυλῶν τε καὶ χυμῶν ὑγρότης τις ὀρώδης καὶ λεπτή ἐστι. διαφέρει δὲ κατὰ τὰς φύσεις τῶν χυμῶν, ὧν εἰσιν ὀροί. — *Cf. praef. p. 8, 11.*

condicione sua permanent seri nomen imponebant, ichoris vero nomen humoribus qui putrefactionis aut combustionis causa a natura discedunt. 5 Genus autem quod utrique simul commune est, cum nomine peculiari ca-
b reat, plurimi medici serum nominant. Plato vero id hoc loco ichorem nominavit atque dixit : sanguinis serum levius malum affert. — Bilis autem atrae et acidae serum gravitate eminet, praecipue quando cum eo inter calorem amaritudo commisceatur. Deinde dixit : et nominatur 10 omne quod in hac condicione est pituita acida. Pituita vero cuius nonnullis particulis aër universaliter commiscetur, bullas exiguas generat quarum color albus est ; et (haec pituita) e recentium tenerarumque carnium liquefactione nascitur. Sudor autem et lacrimae et cetera quae his
c duabus rebus similia sunt ex pituitae sero fiunt. 15

Deinde dixit : Et ex his rebus omnibus morbi nascuntur. Morbi

---

10-15) *83c7-e2*

---

4) seri... ichoris vero nomen] *Cf.* Galen, *In Epid. VI 42 (t. XVII 1, p. 982 Kuehn ; vide* Hippocr. *V 288 Littré)* : οὐχ ἁπλῶς τὸ λεπτὸν καὶ ὑδατῶδες αἷμα καλεῖν (*scil.* τὸν Ἱπποκράτην) ἰχωροειδὲς ὑποληπτέον ἐστίν, ἀλλὰ τὸ μετά τινος ἰώδους καὶ κακοήθους δυνάμεως ..... εὔδηλον οὖν ὅπως ὑπὸ τῶν ἰχώρων οὐ σμικρὰ συμπτώματα γίνεσθαί φησι. καὶ ὁ Πλάτων δὲ ἐν τῷ Τιμαίῳ τοιοῦτόν τι σημαίνει διὰ τῆς ἰχώρων προσηγορίας ὧδέ πως λέγων..... ἰχωροειδὲς οὖν αἷμα καλεῖται τὸ περιέχον ἐν ἑαυτῷ μοχθηρὰν ὑγρότητα λεπτήν, οὐχ ὑδατώδη καὶ ἄδηκτον, ἀλλὰ δακνώδη καὶ διαβρωτικήν. *Meth. med. III 3 (t. X, p. 176, 1 Kuehn)* : καὶ δὴ κἀν τοῖς ἕλκεσιν ἰχὼρ μὲν καλεῖται τὸ λεπτὸν περίττωμα, ῥύπος δὲ ἕλκους τὸ παχύ. *Distinctionem quam Galenus hic inter serum et ichorem statuit, alibi commemoratam non invenimus. Sed cf.* Bonitz, *Index Arist. 353a28 ss.*

9) gravitate eminet] *Versio duplex* (ἄγριος *83c6*).
praecipue] *Add. interpres.*

10) inter calorem] *83c6* : διὰ θερμότητα.

11-12) nonnullis partibus] *Add. Galenus vel interpres ; cf. 83c8 :* τὸ δ' αὖ μετ' ἀέρος τηκόμενον. *Vide praef. p. 29, n. 8.*

12) universaliter] *Add. Galenus* ; κρᾶσις δι' ὅλου. *Cf. praef. p. 13, 2.*
bullas] *Cf. 83d2* : πομφολύγων.
exiguas] *Cf. 83d3* : διὰ σμικρότητα.

13) quarum color albus est] *83d4* : χρῶμα ἐχουσῶν... λευκόν.

13-14) recentium... carnium] *Cf. 83c8* : ἐκ νέας καὶ ἁπαλῆς σαρκός.

14) liquefactione] *Cf. 83d5* : ταύτην πᾶσαν τηκεδόνα ἁπαλῆς σαρκός.
sudor... lacrimae] *83e1* : ἱδρὼς καὶ δάκρυον.

16) Et ex his... nascuntur] *Cf. 83e2* : καὶ ταῦτα μὲν δὴ πάντα νόσων ὄργανα γέγονεν.

autem qui illis graviores sunt nascuntur quando ossa propter densitatem suam non respirent atque calefiant ; unde in membro aegroto caries (?) accidit, praecipue si medulla aegrotet. In hoc vero libro, ut supra dixi, 20 omnium harum rerum summam tantum exposui quas diligentius et uberiore sermone exquiram in tractatibus quos *De Platonis et Hippocratis placitis* scripturus sum, necnon in *Commentario scientiae medicae quae Timaei libro continetur* quem compositurus sum. Qui igitur in earum rerum cognitionem diligenter inquirere velit, libros illos legat. Hoc 25 loco autem, ut supra dixi, reliquas huius libri notiones summatim exponam. **d**

XXII. Dico igitur : Plato etiam tertium morborum genus in tres partes divisit et dixit eorum unum e spiritu nasci et alterum e pituita et tertium e bile. Morbos autem qui e spiritu nascantur duobus modis fieri, alterum oriri quando in pulmone propter materias quae 5 in eam effundantur occlusio accidat, alterum autem oriri quando in aliquo membro spiritus aërii nascantur. Cum enim introitus qui aëri in pulmone sunt puri non sint, aër ad aliqua membra nequaquam pervenire potest, ita ut (ea membra) putrescant ; ad aliqua autem membra plus quam necesse sit pervenit, ita ut ea extendat doloreque afficiat. **a** r. **b**

16-21) *83e2-84c7* 1-10) *84c8-e2*

16-17) morbi... sunt] *Cf. 84c3* : τραχύτερα πάντα τῶν πρόσθεν τὰ νοσήματα ἀπεργάζηται.

17-18) quando... calefiant] *Cf. 84b5* : ὅταν ὀστοῦν διὰ πυκνότητα σαρκὸς (!) ἀναπνοὴν μὴ λαμβάνον ἱκανήν... θερμαινόμενον. *Sed cf. cap. XX, l. 14 : 82d5* : διὰ τὴν πυκνότητα τῶν ὀστῶν.

18) caries (?)] *Lectio incerta ; cf. 84b7* σφακελίσαν. *Cf. Scholia in Timaeum (Platon. Dialog. VI, p. 369, 23 Hermann)* : σφακελισμός ἐστι σῆψις μυελοῦ,· καὶ σφάκελος ἡ μετὰ σπασμοῦ τῆς χολῆς πρόεσις.

19) praecipue... aegrotet] *Cf. 84c5* : ὅταν ἡ τοῦ μυελοῦ φύσις... νοσήσῃ.
ut supra dixi] *Cf. cap. I, l. 37.*

22) scripturus sum] *Cf. praef. p. 4, 16 ss.*

23) compositurus sum] *Cf. praef. p. 4, 20 ss.*

XXII. 1) dico igitur] *Cf. cap. II, l. 1.*
Plato] *Cf. praef. p. 6, 4.*

3-4) duobus modis fieri] *Addidit interpres* ?

4-5) propter materias... effundantur] *84d3* : ὑπὸ ῥευμάτων. *Cf. praef. p. 26, n. 5.*

6) introitus] *84d3* : διεξόδους.

Deinde dixit : Aegrotationes quae in membris ex multo spiritu collecto 10
fiunt dolorosae sunt, quia hic spiritus illud membrum extendit. Et inter eos morbos tetanus et spasmus sunt, quorum uterque oritur, quando in nervis spiritus contra naturalem cursum colligatur. Voce ‘nervorum’
c autem hoc loco musculorum extrema indicat, quae Hippocrates tendones nuncupat. 15

De pituita autem dicit : morbi qui ex alba (pituita) nascuntur secundum duos modos oriuntur : quorum unus (oritur) quando < aër > intra membra retineatur ; tum vero illius dolor ita erit ut supra diximus, quia pituita quae in hac condicione est, aërea insuper evadit. Alter autem generatur quando (pituita) extra corpus egrediatur, 20
ex quo tum vitiligo et impetigo et ceterae quae his similes sunt ae-
d grotationes oriuntur. Deinde dixit : Quando autem pituita bile atra

---

10-15) *84e2-10* 16-22) *85a2-5*

11-13) et inter... colligatur] *Cf.* GALEN. *De in Tim. med. dictis, ap.* RĀZĪ, *Continens, I 7* (= *Galeni in Tim. Comm., p. 28, Schroeder*) : Tymeos dixit : quando extenduntur musculi et eorum capita versus anteriorem partem, vocatur spasmus anterior (= ἐμπροσθότονος), et cum distenduntur exteriores, nominatur spasmus posterior (= ὀπισθότονος) et cum distenduntur anteriores et exteriores aequaliter, vocatur manifeste extensio (= τέτανος) et hoc accidit cum extenduntur nervi ex ventositate inflativa.

14) tendones] *Cf.* GALEN. *Comm. in Hippocr. De art. II 3* (*t. XVIII 1, p. 428, 10 Kuehn*) : καλεῖν δ'εἴωθε τένοντας ἐκεῖνα τὰ πέρατα τῶν μυῶν ἅ προσαγορεύουσιν ἀπονευρώσεις οἱ ἀνατομικοί. *Comm. in Hippocr. De fract. III 54* (*t. XVIII 2, p. 620, 5*) : τένοντας διὰ τί καλεῖ τὰς ἀπονευρώσεις τῶν μυῶν, εἴρηταί μοι πολλάκις. *De placit. I, p. 161, 1 Mueller* : τρία γάρ ἐστιν ὄργανα παραπλήσια μὲν ἀλλήλοις..... τὸ μὲν νεῦρον, τὸ δὲ σύνδεσμος, τὸ δὲ τένων...... λοιπὸς δὲ ὁ τένων πέρας ἐστὶ νευρῶδες μυὸς ἐκ συνδέσμου καὶ νεύρου γεννώμενος, ὡς ἔν τε τοῖς Περὶ μυῶν κινήσεως ἡμῖν ἐπιδέδεικται κἀν ταῖς 'Ανατομικαῖς ἐγχειρήσεσι. *Anatomia XIV* (*Arabice ed. Simon, I 233, 10 ss. versio Germanica, II 169*) : De nervi et ligamenti et tendonis nominum significatu : ... Hippocrates nervos omnes Graece τένων nuncupavit, quod nomen a verbo τένειν ducitur. *Vide etiam praef. p. 8, 10.*

16-17) secundum... oriuntur] *Add. interpres ?*

21) vitiligo] *85a4* : λευκάς *Cf.* GALEN. *In Hippocr. Prorrh.* (*Corp. Med. Gr. V 9, 2, p. 66, 14 Diels*) : καθάπερ εἴωθεν κἀν ταῖς καλουμέναις λεύκαις γίνεσθαι. *Cf.* GALEN. Περὶ λεύκης, *ap.* H. DIELS, *Die Handschriften der antiken Aerzte, I* (*Abh., Preuss. Akad. Wiss. 1905*), *p. 126.*

impetigo] ἀλφούς *85a4. Cf.* HIPPOCR. *Aphor. 3,20* (*t. IV, p. 494 Littré*); [GALEN.] *In Hippocr. de nutr. III 21* (*t. XV, p. 347-8 Kuehn*).

commisceatur et in caput effundatur, ex ea morbus oritur qui divinus vocatur. Et eiusdem morbi generis sunt quae in somno accidunt.
25 Atque manifestum est eum voce ‹quae in somno accidunt› illum morbum indicare quem recentiores medici incubonem nuncupant. Hoc igitur est quod de pituita alba dixit. De altera autem pituita dixit quod illi orationi congruit. Pituita autem salsa < et > acida fons omnium est morborum qui ex liquefactione oriuntur. Cum autem loca e
30 in quae effunditur diversa sint, eorum morborum nomina diversa facta sunt.

Relinquitur nunc e generibus morborum quos paulo ante divisimus, ٣١ genus tertium quod ex bilis abundantia nascitur. Timaeus vero hanc de eo orationem profert : Omnes quae sunt calidae aegrotationes e bile
35 nascuntur. Quando enim (bilis) extra corpus egrediatur, tubera generat, quando vero intra corpus retineatur, omnes calidas aegrotationes gignit, f quando autem in venas effundatur, ex ea tremor oritur ; fibrarum enim quae in sanguine sunt causa ad concrescendum cogitur, quapropter

---

22-27) *85a6-b2* 27-31) *85b2-5* 32-40) *85b5-e4*

23-24) morbus...divinus] *Cf. 85b1* : νόσημα δὲ ἱερᾶς ὂν φύσεως ἐνδικώτατα ἱερὸν λέγεται. *Cf.* Albin. *Didasc. c. XXII, p. 175, 34* : τὴν καλουμένην ἱερὰν νόσον. — *Vox* θεῖον νόσημα *frequenter apud Galenum invenitur ; cf. e. g. In Hippocr. Progn. (Corp. Med. Gr. V 9, 2, p. 206, 15 Heeg)* : μήτε οὖν τὴν ἐπίληψιν οἰώμεθα θεῖον εἶναι νόσημά. *Comm. in Tim. p. 29 Schroeder. V. etiam* Erotian. *p. 108 s. Nachmanson* : θεῖόν τινές φασι τὴν ἱερὰν νόσον. ταύτην γὰρ εἶναι θεόπεμπτον ἱεράν τε λέγεσθαι ὡς θείαν οὖσαν... καὶ οἱ τὴν ἐπιληψίαν θεῖον οἰόμενοι εἰρῆσθαι οὐκ ἀπέγνωσαν τὸν ἄνδρα κτλ.

26) recentiores medici] *Cf.* Maimonides, *Aphorismi, XXIII* (= Galen. *Comm. in Tim. p. 7, Schroeder) ; textus Arabicus ibid. p. 97, infra* : الحدث من الأطباء

incubonem] *i. e.* ἐφιάλτης *quem Themiso* πνιγαλίωνα, *alii* ἐπιβολήν *vocaverunt. Cf.* Cael. Aur. *morb. chron. I, 3, 56 ;* Paul. Aegin. *III 15 (Corp. Med. Gr. IX 1) p. 158, 26 Heiberg ;* Tertull. *De an. 44. — Galenus hunc morbum in libris exstantibus commemoravisse non videtur. Cf. praef. p. 8, 12.*

29) qui... oriuntur] *85b3* : ὅσα γίγνεται καταρροϊκά.

33) Timaeus] *Cf. praef, p. 6, 5.*

34) omnes quae... aegrotationes] *Cf. 85c2* : πυρίκαυτα νοσήματα πολλὰ ἐμποιεῖ.

35) quando... egrediatur] *Cf. 85b7* : λαμβάνουσα μὲν οὖν ἀναπνοὴν ἔξω.

generat] *Add. interpres.*

37) fibrarum... quae in sanguine sunt] *Cf. 85d7* : ἰνῶν ἐν αἵματι.

38) concrescendum] *85d8* : πήγνυται.

ex ea primum frigus et tremor oritur, deinde postea autem (bilis) superat atque corpus maxime exaestuat. Deinde dixit : Si autem corpus bilem 40
superaverit eamque in ventrem instruserit, fluxus et quae in visceribus sunt ulcera oriuntur. In corpore vero in quo morbus praecipue igni ex-
g superante oritur, continuae fervidaeque febres oriuntur ; in eo autem quod aëre exsuperante aegrotat, febres quotidianae oriuntur, in eo autem quod aqua exsuperante aegrotat, febres quae tertianae usurpantur oriun- 45
tur ; aqua enim motu segnior quam aër et ignis est. In (corpore) autem quod terra exsuperante morbo afficitur, — est vero quartum — cum (terrae) motus omnibus sit segnior eiusque purificatio spatio illorum quadrupli fiat, febres quartanae oriuntur e quibus difficilis est evasio.

a XXIII. Hic igitur est finis eorum quae de morbis qui corpori accidunt dixit. De morbis autem qui in anima propter corporis condicionem accidunt denique locutus est et dixit : Morbus animae ignorantia est ; ignorantia autem duo habet genera, quorum alterum insania alterum disciplinae est paucitas. Voluptas vero et tristitia quae modum exce- 5

40-42) *85e4-86a2* 42-49) *86a2-8* 1-9) *86b1-7 ; c4-d1*

---

39) frigus et tremor] *Cf. 85e2* : χειμῶνα καὶ τρόμον. *Cf. supra, ad cap. XVIII, l. 40, et etiam ad VII, l. 9.* — GALEN. *De trem. 7 (t. VII, p. 631, 1 Kuehn)* : τούτῳ δὲ τῷ λόγῳ συνῆπται καὶ ἡ τοῦ πάθους γένεσις, ἐν ᾧ χειμῶνα καὶ τρόμον ἔφη γίνεσθαι, χειμῶνα μὲν ὀνομάσας τὴν ἐν τοῖς ῥίγεσιν αἴσθησιν τῆς ψύξεως.

primum - postea] *Add. interpres ?*

41-42) fluxus et... ulcera] *86a1* : διαρροίας καὶ δυσεντερίας. — *Cf. praef. p. 26, n. 5.*

43) continuae fervidaeque febres] *Cf. 86a3* : συνεχῆ καύματα καὶ πυρετούς. — *Galenum textum paululum mutatum reddidisse apparet.* — *Cf. etiam* GALEN. *De nominibus med.* (MEYERHOF-SCHACHT, *Galen Ueber die medizinischen Namen, p. 33, 25 ss. (Abh. Preuss. Ak. Wiss., phil. - hist. Kl., 1931, 3°).*

febres oriuntur] *Cf.* GALEN. *Comm. in Tim. p. 31-32 Schroeder, et praecipue Comm. in Hippocr. de nat. hom. II 22 (Corp. Med. Gr. V 9, 1, p. 86, 5 ss. Mewald), ubi Platonis verbis exscriptis Galenus rationes singularum febrium specierum refutans unde revera repetendae sint demonstrat.*

48) spatio... quadrupli] *Cf. 86a6* : ἐν τετραπλασίαις περιόδοις χρόνου.

XXIII. 2 et 3) *Add. interpres ; cf. 86b1* : καὶ τὰ μὲν περὶ τὸ σῶμα νοσήματα... τὰ δὲ περὶ ψυχήν.

5) disciplinae... paucitas] *86b4* : ἀμαθίαν.

dunt maximi sunt animae morbi. Hoc autem saepe accidit propter corporis condicionem cum male se habeat; sicut accidit cui copiosum semen liquidum in corpore est, haud aliter ac arbori cuius fructus co- **b** piosissimi sunt. Deinde dixit : Et in anima morbi oriuntur e pituita
10 acida et salsa et e bile, quando in tres sedes quae animae sunt effundantur, ita ut modo turpitudinis et pravitatis animae, modo impudentiae et timiditatis, modo oblivionis et tarditatis in discendo causae fiant.

Deinde praecepta dedit de utriusque sanitatis curatione, animae
15 et corporis dico, et praecipue cum eorum alterum alteri non congruat. **c** Haud raro enim accidit ut eorum alterum, si altero fortius sit, in ani-

9-13) *86e5-87a7* 14-24) *87c1-89b3*

